scriptis. Ita tñ q penes ipsum dantē: dominio. ꝓprietate: ac possessione ipsius pecunie cū libera ptāte reuocādi sibi pecuniā ipsaꝫ semp vsqꝫ ad ꝯuersione ipsius in rē deputatā: plene. libere: ac integre remanētibus: in ipa pecunia nihil oīno frēs iuris habeant: nec ad ministrationē seu dispēsationē: nec ꝯtra ꝑsonā nominatā ab eis: vel non noiatā: cuiuscunqꝫ ꝯditionis existeret in iudicio vel extra actionē. ꝓsecutionē: aut aliquod aliud ius qualitercunqꝫ ꝑsona ꝑdicta in cōmissione huius se hērēt. ¶ Liceat tñ frībus suas necessitates insinuare: ac specificare: vel exponere ꝑsone ꝑdicte: ac eaꝫ rogare q soluat. Possint etiam ꝑsonaꝫ candē exhortari: ac inducere: q fidelr in re cōmissa se habeat: ꝛ anime sue saluti in commissa sibi executiōe provideat: ita q ab oīni eiusdē pecunie administratione: seu dispēsatione: ꝛ ꝯtra ꝑsonam ꝑdictam actione ꝛ ꝓsecutione (vt ꝑdictum est) frēs abstineant omnimodo. ¶ Si vero ꝑsonam hmōi nominatā: vl' non nominatā a fratribus quo minꝰ ꝑ se possit exequi quod ꝑdicitur contigerit ꝑ absentiā. infirmitatē. voluntatē: seu locoꝝ distantiā ad q ipse nollet accedere: in quibus eēt solutio seu satisfacio faciēda: vl' occasione alia ꝑpediri: liceat fratribus cū conscientie puritate: qnantū ad vnā aliā ꝑsonā subrogandā ad ꝑmissa: in noiando ꝛ alijs: si ad primū dantē non possint: vl' nollēt hře recursum: cū ista ꝑsona facere sicut cū prima supra proxime declarauimus eis licere. Duarū enī ꝑsonarūꝫ ministeriū ꝑ viā subrogationis: vt dictū ē cōmunius ꝛ generalius videt posse in ꝑdictorum executione sufficere: cum ꝑdicta satisfactio plumat posse celeriter expediri. Si tñ interdum propter locorum distantiam in quibus eēt satisfactio faciēda: ꝛ conditiones seu circumstantias alias casus emergeret: in quo videretur pluriū ꝑsonarū subrogādarū ministeriū opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu: iuxta negocij qualitatē: huiusmodo ꝑdicto: plures ꝑsonas assumere. nominare: seu ꝑsentare ad istud ministeriū exequēdū. ¶ Et quia oportꝫ ꝛ expedit fratrū necessitatibus non solū pro qbus iam eēt solutio seu satisfactio faciēda: vt supra proxime dictuꝫ ē: sꝫ et imminētibus: sic tales necessitates ingruētes imminicant q breui tēpore expediri valeant: sic tales: sꝫ pauce cōparatiue: quarū prouisio necessario tractū tēporis hꝫ: vt in libris scribēdis. ecclesijs: seu edificijs ad vsuꝫ habitationis eoꝝ construēdis libris ꝛ pannis in locis remotis emēdis: ꝛ alijs similibꝰ: si qua occurrerint: cū moderamine supradicto salubriter prouideri: sicut in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis frēs possetute ꝛ sana consciētia procedere declaramus: vcꝫ: vt īgruēti vel imminēte necessitate q breui tēpore: vl q interdū ex aliquibus circumstantijs non sic breui: vt supra in primo casu dictuꝫ ē: valeat expediri: tam quo ad dantē elemosynaꝫ: q̄ꝫ quo ad nominatū vl' substitutū: in oibus ꝛ ꝑ oīa: sicut in articulo solutionis pro necessitatibus ꝑteritis faciēde supra proxime declarauimus ꝓcedatur. In ea vero necessitate quantūcunqꝫ ꝑsentialr ingruēti: q tñ ex qualitate sui: vt ꝑdicitur: tractū tēporis hꝫ annexū: quia in eo casu verisimile ē q tūc ratione distātie locoꝝ q̄ꝫ expeditio necessitatis ipsius ex sui ꝯditiōe reqreret: tūc etiā circūstantiaꝝ ipsius necessitatis rōne pēsata: freqnter a casus acciderēt: in qbus ad expeditionē necessitatis huius oporteret q ꝑ diuersas manus ꝛ ꝑso-

Nota modū ꝑ necessitatibus futuris.

nas transfiret pecunia neceſſitati huiõi deputata:quaꝝ omniũ ꝑſonarũ impoſſibile quaſi eẽt dñz principalẽ ꝑ ipſa neceſſitate pecuniã deputautẽ: ſeu etiã ſubſtitutũ ab eo:ꝛ tertiũ etiã ab ipſo ſubſtituto(ſi caſus talis accederet) poſtea ſubrogatũ hr̃e noticiã:declaram⁹ ꝛ dicim⁹:ꝙ in hoc articulo: preter dictos duos modos in neceſſitatib⁹ ꝑteritis ꝛ ingruẽtib⁹ q̃ poſſint breui tẽpore vl' interdũ non breui:vt ſupra exprimitur expediri:vt ꝑdixim⁹ obſeruãdos:ad ꝯſeruandã ipſius regule ac profeſſorũ eius omnimodaz puritatẽ:ꝙ ſi ꝑſto ſit eleemoſyne hui⁹ elargitor:vl' eius nuncius q poſſet hoc facere: exꝑſſe illi ꝑdicatur a fratribus:ꝙ ſibi placeat:vt dominio talis pecunie cũ libera ptãte reuocandi ſibi pecuniã ipſaz penes ipſuz ſemꝑ vſqz ad ꝯuerſionẽ ipſius in rẽ deputatã libere remanẽte:vt in alijs duobus caſibus ſupius dictuz ẽ:ꝑ quorũcunqz manus pecunia ſeu eleemoſyna ipſa tractetur:ſiue ꝑſonas ab eodẽ vl' a fratribus noĩatas:totũ ſuo ꝯſenſu:voluntate:ac auctoritate ꝓcedat. Quo aſſenſuz ſuũ ꝑbentẽ ꝑdictis:ſecure frẽs de re empta vl' acqſita de illa pecunia ꝑ quẽcunqz:iuxta modũ annotatuz ſupius:vti poſſint.

¶Ad maiorem autem omnium ꝑdictorum claritatem:ac in ꝑpetuum valitura ꝓuiſionis ſerie declaramus:ꝙ fratres prefatis modis:vt ꝑdicitur:circa pecuniam in ſupportandis eoꝝ preteritis ꝛ ingruentibus neceſſitatibus obſuatis:non intelliguntur nec dici poſſunt:ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitã ꝑſonã pecuniã recipere contra regulam vel profeſſionis ſui ordinis puritatem:cũ manifeſte pateat ex predictis:predictos fratres non ſolum a receptione.proprietate.dominio: ſiue vſu ipſius pecunie: veruntiam a contrectatione qualibet ipſius:ꝛ ab ea penitus alienos. ¶ In eo vero caſu quando antequam ipſa pecunia in licitum rei habẽde vl' vtende commercium ſit conuerſa:concedẽte pecuniã mori contigerit:ſi concedẽs in concedẽdo dixerit vel expſſerit:ꝙ ꝑſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum frũ expẽderet:q̃cqd de ipſo concedẽte viuẽdo vel moriẽdo contigeret:ſiue concedẽs huiuſmodi heredẽ reliq̃rit:ſiue non:poſſint frẽs ad ꝑſonam deputatam:non obſtante concedẽtis morte:vel heredis contradictione: pro illa pecunia expẽdẽda recurrere:ſicut poterant ad ipſum dominum concedẽtem.

Quid ſi moriatur elemoſynã faciẽs.

¶Quia ꝓ puritatẽ ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus:cuz in ꝑdictis caſibus ad determinatam neceſſitatẽ:vt ꝑdicitur per aliquẽ pecuniã ꝯcedi ꝯtigerit:ꝯcedẽs pecuniã rogari poſſit a frib⁹:ꝙ ſiqd de ipſa pecunia habita neceſſitate dẽnominata ſuperit:ꝯſentiat ipſe ꝯcedẽs:ꝙ reſiduũ ꝑfate pecũie i res alias ꝓ alijs ipoꝝ frm̃ ꝑdictis neceſſitatib⁹ ꝯuertatur. Quo nõ ꝯſentiẽte ꝑdictis:ipz reſiduũ(ſi qd fuerit)reſtituatur eidẽ. Caueãt tñ frẽs:ꝙ ſollicite ſe coarctẽt:vt nõ plus ſciẽter ꝯcedi ꝯſentiãt:q̃ꝫ veriſimiliter extimari poſſit rem neceſſariã ꝓ qua pecunia ipſa ꝯceditur valiturã. Et qꝛ in ꝑdictorum serioſa expoſitione:a dante vel recipiẽte de facili poſſet errari: vt clari⁹ vtilitati dantium:puritati ordinis:ſimplicitati aliquorum ſimplicium:ſaluti animarum:hinc ꝛ inde ſecurius ꝯſulatur:intellectum illum:q ſatis in hoc caſu a ſane itelligente percipitur:preſentis ac i eternum valiture ꝯſtitutionis ſerie lucidamus:volentes illud ad communem deduci noticiã: vez ꝙ ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur:vel offertur:nec expſſe ꝑ-

Attẽ. q̃d hẽat fieri ſi ſupſit pecunia.

mittentē vel offerentem aliō exprimatᷣ: pdictis modis prorsus oblata intelli gatᷣ ꝛ missa. Non enī verisimile est aliquem elemosyne siue expssione modū illum velle prefigere: p quem ꝛ donans merito: vel illi quoꝝ necessitatibꝰ intendit p donū hmōi prouidere: vel effectu doni: vel sue conscientie puritate fraudentᷣ.

De legatis fribꝰ in vltimis volūtatibus factis.

¶ Ad hec qꝛ fratribꝰ ipsis interdū in vltimis volūtatibus sub diuersis modis nōnulla legantᷣ: neqꝫ expresse qd de ijs agendū sit in regula vel predecessoꝝ nroꝝ declarationibꝰ ꝯtinetᷣ: ne in ipsis dubitari ꝯtingat in posterum: puidendo legantibꝰ: ꝛ fratrū ꝯscientijs precauendo: declaramus. ordinamus ꝛ dicimꝰ: ꝙ si testator modū scḋm quem fratribꝰ eoꝝ ꝯditiōe inspecta recipe non liceret exprimat in legando: vt si legaret fratribꝰ vineam vel agrū ad excolendū. domū ad locandū: vel similia ꝟba in similibꝰ proferret: aut modos similes in relinqndo ꝟuaret: a tali legato ꝛ eius receptione p omnem modū frēs abstineant. Si ꝟo modū licitū fratribꝰ an legādo testator expresserit: vt si diceret: lego pecuniam pro fratrū necessitatibꝰ expendendam: vel domū. agrū. vineam: ꝛ similia ad hoc ꝙ p certam psonam vel psonas idoneas distrahantᷣ: ꝛ pecunia de rebus ipsis accepta in edificia: vel alia fratrū necessaria cōuertantᷣ: aut in legando similibꝰ modis vel ꝟbis vtatᷣ: in hoc casu illō in omnibꝰ ꝛ p omnia (ꝯsideratis eoꝝ necessitatibꝰ: ꝛ moderaminibꝰ supradictis) quantū ad frēs ꝟuari decernimꝰ: qḋ p nos est supius in concessis pecuniarijs elemosynis declaratum. Ad q̄ legata soluenda: tam heredes testatoꝝ q̄ꝫ executores: se liberales exhibeant: q̄ꝫ plati. Et etiam seculares qbus de iure vel de ꝯsuetudine prouisio ista competeret: cū expedierit se ex officio suo promptos exhibeant ad pias volūtates deficientiū adimplendas. Nam ꝛ nos etiam p modos licitos: ꝛ fratrū regule congruos: intendimus puidere: ꝙ nec pia defunctoꝝ destituatᷣ intentio: ꝛ heredū cupiditas legitimis ictibꝰ feriatᷣ: ac ipsi frēs paupes oportunis auxilijs nō fraudentᷣ. Si ꝟo fratribꝰ ipsis generaliter aliqd absqꝫ modi expssione legetᷣ: hoc in legato sic indeterminate relicto in omnibꝰ ꝛ p omnia intelligi ac ꝟuari volumꝰ: et in ppetuū presenti ꝯstitutione iubemus: qḋ supra in pecunia: seu elemosyna fratribꝰ indeterminate oblata vel missa volumꝰ ac expssimꝰ obſuari: videlicet vt sub modo licito fratribꝰ intelligatᷣ esse relictū: ita ꝙ nec legās merito: nec frēs ipsi effectu relicti fraudentᷣ.

De cōmutatione reꝝ mobilium.

¶ Quia ꝟo dominiū libroꝝ: ꝛ alioꝝ mobiliū: qbus tamen ordo q̄ꝫ frēs vtuntᷣ: q̄ tamen nō sint dominij alioꝝ: ad pfatam ecclesiam specialiter dignoscitᷣ: q̄ libros ꝛ mobilia interdum cōtigit seu expedit vendi: vel etiam cōmutari: fratrū vtilitatibꝰ: ꝛ eoꝝ ꝯsciētijs puidere volētes: eadem auctoritate ꝯcedimꝰ: vt commutatio taliū reꝝ: et ad eas res: quaꝝ vsum fratribꝰ liceat hre de generalis ꝛ prouincialiū ministroꝝ in suis administrationibꝰ ꝯiunctim vel diuisim auctoritate procedat. quibus etiam de dispositione vsus taliū rerum: ꝯcedimus ordinare.

De vēditiōe reꝝ mobiliū

¶ Si vero res hmōi estimato precio vendi ꝯtingat: cū fratribus ipsis p se vel p aliū recipe pecuniam: regula prohibente: non liceat: ordinamꝰ ꝛ volumꝰ: ꝙ talis pecunia seu preciū recipiatᷣ ꝛ expendatᷣ in rem licitam: cuiꝰ vsum fratribus licet habere: p procuratorem a pfata sede: vel a cardinali gubernatorem p ipsaꝫ sedem gerenti eiusdem ordinis deputandū: iuxta modū in supioribus ne-

cessitatibus pteritis ⁊ ingruentibus ordinatũ. ℭ De vilibus aũt mobilib⁹: De largitiõe
vel parũ valentibus:liceat ex p̃senti usu ↄcessione fratribus:pietatis seu deuo rez viliuȝ.
tionis intuitu:vel ꝓalia honesta ⁊ rationabili causa:habita sup hoc prius
sup oꝝ suoꝝ licentia(iuxta qd̕ inter frẽs in generali vel ꝓuincialibus capi-
tulis:l.i de ipsis rebus vilibus seu parũ valentibus:⁊ caꝝ valore:q̃ p̃fata li-
centia:scȝ a qbus ⁊ qualiter sit hñda:extiterit ordinatũ)intra ⁊ extra ordineȝ Ar. iiij.d̕ ve
alijs elargiri. ℭ Licet aũt ↄtineat̃ in regula:q̄ frẽs habeãt vnã tunicã cum stib⁹fratruȝ.
capucio:⁊ aliã sine capucio:⁊ videri possit illa fuisse instituentis intentio:q̄
necessitate cessante pluribus nõ vtant̃:declaramus:q̄ possint frẽs de licẽtia
ministroꝝ ⁊ custodũ:ↄiunctim ⁊ diuisim in administrationibus sibi com-
missis:cũ eis videbit̃(pensatis necessitatibus:⁊ alijs circũstãtijs:q̃ scdȝ deũ
⁊ regulã attendende vident̃)vti pluribus:nec p hoc videant̃ a regula deuia-
re:cũ etiã in ipsa dicat̃ expsse:q̄ ministri ⁊ custodes de infirmoꝝ necessitati-
bus:⁊ fratribus induendis sollicitã curã gerãt:scd̕m loca ⁊ tpa: ⁊ frigidas
regiones. ¶ Et quãq̃ regula p̃dicta ↄtineat:q̄ de fratribus induendis:⁊ ne
cessitatibus infirmoꝝ ministri tñ ⁊ custodes sollicitã curã gerãt:⁊ dictio il-
la tñ:sic ministros ⁊ custodes in hac cura p̃sti ingere:q̄ ab ea ceteros exclude
re prima facie videat̃:ↄ tñ sollicite ↄsiderare nos ↄuenit:⁊ tpe regule insti-
tute:quo frẽs ipsi ad cõparationem p̃senté nũero pauci erãt:⁊ forsan mini-
stri ac custodes videbant̃ tũc ad ista posse pcurãda sufficere:ac nihilomin⁹
multiplicationis frũ:⁊ moderni tp̃s qualitaté:nec sit verisimile btũ fran-
ciscũ institutoré regule:vel ipsis ministris ⁊ custodibus impossibilitatis iu-
gũ voluisse ĩponere:vel ex ipsius impossibilitatis ↄseq̃ntia frẽs ipos suis ne
cessitatibus velle carere:ↄcedim⁹:q̄ ipsi ministri ⁊ custodes possint p alios
huius cure sollicitudiné exercere. Debent etiã ⁊ alij frẽs curã huius: q̃ p̃fa-
tis ministris ⁊ custodibus p̃cipue incũbit ex regula:cũ sibi ab illis cõmissa Ar. v. d̕ mõ
fuerit gerere diligenter. ℭ Continet̃ quoq3 in regula:q̄ frẽs qbus grãm de laborandi.
dit dñs laborãdi:laborent fidelr̃ ⁊ deuote:ita q̄ excluso occio aie inimico:
sancte orõnis ⁊ deuotionis sp̃um non extinguãt. Qr ꝟo ex ꝟbo isto frẽs ip
sos de occiositate vite:⁊ de regule trãsgressione improbe notare interdũ ha-
ctenus aliq sunt conati:nos morsus hũõi nefarios reprimentes: declara-
mus:q̃ consideratis verb̃ predictis:⁊ forma seu modo loqndi sub qb⁹ fra
tres ad hũõi exercitũ inducunt̃:non videt̃ ea fuisse instituentis intentio: q̄
vacãtes studio: vel diuinis officijs ⁊ ministerijs exeq̃ndis: manuali labori
seu opationi subijceret:vel ad hoc illos artaret:cũ exemplo xp̄i ⁊ multoꝝ
sanctorum patrum:labor iste sp̃ualis tanto illi p̄ponderet:quanto q̃ sunt
aie corporalibus p̄feruñt̃. Ad alios vero q̃ sci̇ predictis sp̃ualibus opibus
non exercent(nisi tales aliorum fratrum licitis officijs occupent̃)ne ociose
viuãt:verba predicta declaramus extendi:nisi ⁊ tales tam excellentis ⁊ no
tabilis contemplationis ⁊ orõnis existerent:q̄ merito propter hoc nõ essent
a tanto bono ⁊ pio exercitio subtrahendi. Frẽs cũ quantumcunq3 studio
vel diuinis ministerijs non vacantes:sed aliorum fratrum studio vel alijs
diuinis officijs ⁊ ministerijs vacantium seruitijs iherentes:cum ipsis eisdé
qbus seruiunt sustentari merentur:quod assi uitur illa equa lege sancitum:

qua strenuus pugnator ille dauid iuste decreuit: vt eque discedentium ad p̄-
Arti. vi. de p̄dicatoribus. lium: et remanentium ad sarcinas portio equaretur. ¶ Uerum quia expresse conti-
netur in regula: quod fratres non p̄dicent in episcopatu alicuius episcopi cum ab eo illis fue-
rit contradictum: nos in hoc et deferentes regule: et nihilominus auctoritatem
apostolice plenitudinis conseruantes: dicimus: quod p̄dictum verbum ad litteram si-
cut regula ipsa p̄mittit obseruetur: nisi per sedem apostolicam circa hoc pro vtilitate
populi christiani sit concessum vel ordinatum aliud: vel in posterum concedatur seu etiam
ordinetur. ¶ Et quia in eodem capitulo regule immediate subiungitur: quod
nullus fratrum populo audeat predicare nisi a ministro generali fuerit ex-
aminatus: et etiam approbare: et ab eo officium p̄dicationis sibi concessum:
nos et statum preteritum ipsius ordinis in paucitate sui: et modernum in am-
pliato fratrum numero: ac vtilitatem animarum: vt condecet: aduertentes
concedimus: quod necdum generalis examinare et approbare predicaturos fra-
tres in populis: ac illis concedere licentiam predicandi: quatenus personarum ido-
neitatem: et predicationis officium licentia ipsa respiceret: prout in regula
continetur: verumetiam prouinciales ministri hoc possint in capitulis prouin-
cialibus cum diffinitoribus: quod etiam hodie obseruari dicitur: et in fratrum priui-
legijs contineri. Quam quidem licentiam prefati ministri reuocare. suspendere va-
Artic. vij. de modo recipiendi fratres ad ordinem. leant et arctare: sicut et quando id eis videbitur expedire. ¶ Sed quia in deside-
rijs nostris hoc geritur: vt ad dei gloriam salus proficiat animarum: ac dictus ordo: per quem
iugiter ad amorem diuinum affectio christiane religionis accenditur: merito et nume-
ro augeatur: concedimus: et presenti statuto firmamus: licere non solum generali: sed
etiam prouincialibus ministris: personas fugientes a seculo in fratres recipere: et prouin-
cialium ministrorum licentia: per ipsum generalem: sicut expedire viderit: possit arcta-
ri. Uicarij vero prouincialium ministrorum: ex officio vicariatus licentiam hanc sibi
nouerint interdictam: nisi per ministros eosdem: quibus hoc posse committere vica-
rijs et alijs licere decernimus: hoc ipsis vicarijs specialiter committatur. Caueant tamen
ipsi prouinciales: quod hoc non indiscrete: non passim: sed sic considerate committant:
sicque illos quibus hoc committi contigerit fidelibus consilijs fulciant: quod omnia dis-
crete procedant. ¶ Ne indifferenter omnes admittantur ad ordinem: sed illi tantum: quos
suffragantibus eis litteratura. idoneitate: vel alijs circumstantijs: possint vti-
Ar. viij. de electione generalis ministri. les esse ordini: sibique per vite meritum: et alijs proficere per exemplum. ¶ Insuper et du-
bitantibus fratribus p̄dicti ordinis: an (pro eo quod in regula dicitur) vt decedente ge-
nerali ministro: a prouincialibus ministris et custodibus in capitulo pentheco-
stes fiat electio successoris: omnium custodum multitudinem oporteat ad generale
capitulum conuenire: an: vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur: sufficere pos-
sit vt aliquis de singulis prouincijs: qui vocem habeat aliorum: intersint: taliter respon-
demus. Ut singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant quem cum
suo prouinciali ministro pro seipsis ad capitulum dirigant: voces ac vices suas
committentes eidem: quod etiam cum constituerit per seipsos: statutum huiusmodi duxi-
Ar. ix. de ingressu monasteriorum monialium. mus approbandum: quod idem predecessor Grego. ix. in casu huiusmodi dicitur respondisse.
¶ Denique quia continetur in regula supradicta: quod fratres non ingrediantur monaste-
ria monacharum: preter illos quibus a sede apostolica concessa fuerit licentia
specialis: quamquam hoc de monasterijs pauperum monialium inclusarum fratres

hactenus itelligendū esse crediderit: cū ex q sedes pfata curā habeat specialē et intellectus hmōi: p constitutionem quandam tempore date regule: viuēte adhuc beato Francisco: p prouinciales ministros fuisse credatur i generali capitulo declaratus: ijdem frēs certificari nihilominus se postularūt: an hoc de oibus generalr: cum regula nullum excipiat: an de solis monasterijs itelligi debeat monialium pdictarum. Nos vtiqz generalr id esse prohibitum de quarumlibet cenobijs monialiū respondemus. Et noie monasterij: volumus claustrū. domos: et officinas iteriores itelligi: p eo q ad alia loca vbi hoies seculares conueniunt: possunt fratres illi causa predicationis: vel elemosyne petende accedere: qbus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate: vel idoneitate concessum: exceptis semper predictarum monasterijs iclusarum: ad que nulli datur accedendi facultas: sine sedis eiusdem licētia speciali: quod etiam ipse idem predecessor Grego. ix. i eo casu dr respōdisse.

¶ Ceterum sancte memorie confessor xpi Franciscus mandasse dr circa vltimum vite sue: cuius mandatum: ipsius dr testamentum: q verba ipsius regule non glosentur: et vt verb vtamur eiusdem: q sic vel sic itelligi debeat non dicatur: adijciens q fratres nullo modo aliquas lras ab apostolica sede petant: et alia quedam iterserens: que non possent sine multa difficultate seruari: propter quod fratres hesitantes an tenerentur ad obseruantiam testamenti predicti: dubitationem hmōi per eundem predecessorem Grego. ix. petierunt de ipsorum conscientijs amoueri. Qui: sicut asserunt attendēs periculum aiarum: et difficultates quas propter hoc possent incurrere: dubietatem de ipsorum cordibus amouere: decreuit fratres ipsos ad ipsius mādati obseruantiam non teneri: quod sine consensu fratrum: et maxime ministrorum: quos vniuersos tangebat: obligare nequiuit: nec successorem suum quomodolibet obligauit: cum non haberet imperium par in parem. Nos autem circa presentem articulum: nihil duximus innouandum.

An testamentū btī frā. aliquaten⁹ obligauit. art. x.

¶ Ad hec a nonnullis predecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regule: et ipsam regulam: ac eam contingentia diuersas litteras intelleximus emanasse. Sed nec per hoc mordacium predictorum contra regulam ipsam et fratres quietem insultus: nec per ipsas lras statui fratrum prouideretur in multis: in qbus de nouo vel aliter necessario prouidēdum esse multorum postea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaqz necessarium hmōi: et presentis constitutionis diuersitas: vel intellectus aduersitas in predictorum obseruatione fratrū aios perturbaret: et vt plenius. clarius: et certius eorum statui et obseruantie predicte regule consulatur: in oibus et singulis illis articulis quos constitutio ipsa otinet: quādo ipsi vel eorum aliq continentur in alijs lris apostolicis supradictis: hanc nostram constitutionem. declarationem: seu ordinationem tantum a fratribus ipsis precise: ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam.

De eiusdē declarationis firmitate et auctoritate: atqz publicatione articulus vltimus.

¶ Cum igitur ex predictis et alijs per nos cum multa maturitate discussis: regula ipsa licita. sancta. perfecta: et obseruabilis: nec vlli patēs discrimini euidenter appareat: illam et omnia subscripta per nos statuta. ordinata. concessa. disposita. decreta. declarata: etiā et suppleta: de apostolice po-

testatis plenitudine approbamus. cõfirmamus: ꝛ volumus existere ꝑpetue
firmitatis: in ꝟtute obediẽtie districte ꝑcipiẽtes: ꝙ hec ↄstitutio: sicut cetere
ↄstitutiões vel decretales eplẽ: legat̃ in scolis. ¶ Et qꝛ sub colore liciti: nõnul
li cõtra frẽs ipsos ꝛ regulã in legẽdo. exponẽdo: atqȝ glosando possent vir⁹
sue iniqtatis effundere: ac ↄstitutiõis intellectuȝ: ipiu in diuersas ꝛ aduersas
sentencias ꝑducentes: suis adinuentiõib⁹ deprauare: ꝛ opinionũ diuersitas:
ac distortio intellect⁹ multoꝝ pios aĩos possꝫ inuoluere: ꝛ a religionis ĩgres
su multoꝝ corda subtrahere: taliũ detrahentiũ vitanda puersitas cogit nos
ipsis viã ad ꝑdicta ꝑcludere: ꝛ certũ ꝓcedendi modũ: hãc cõstitutionẽ legẽ
tibus ꝑfinire. Itaqȝ sub pena excõicationis: ꝛ priuationis officij: ac bñficij
districte ꝑcipimus: vt ꝑsens cõstitutio cũ ipsam legi ↄtigerit: sicut ꝓlata est:
sic fideliter exponat̃ ad lr̃am: cõcordantie. cõtrarietates: seu diuerse ꝛ aduer
se opiniones a lectorib⁹: seu expositoribus nullatenus inducãt̃. Sup ipa cõ
stitutiõe glose nõ fiant: nisi forsan ꝑ quas verbũ vel verbi sensus: seu cõstru
ctio: vel ipsa ↄstitutio quasi grãmaticaliter ad lr̃am: vel intelligibilius expo
nat̃: nec intellect⁹ ipsius ꝑ legentẽ deprauet̃ in aliquo: seu distorqueat̃ ad aliud
qȝ lr̃a ipsa sonat. ¶ Et ne sedem ꝑdictã cõtra detractores hmõi oporteat vlte
rius laborare: vniuersis ac singulis cuiuscũqȝ ꝑeminentie. conditionis: aut
status districte ꝑcipimus: ne cõtra predictã regulã: ꝛ statũ predictoꝝ fratrũ:
seu cõtra ꝑmissa ꝑ nos statuta. ordinata. cõcessa. disposita. decreta: ꝛ declara
ta. suppleta: ꝛ approbata: ꝛ etiã cõfirmata dogmatizent. scribãt. determinẽt.
ꝑdicent: seu praue loquant̃ publice vel occulte. ¶ Sed siqd penes aliquẽ in
his ambiguitatis emerserit: hoc ad culmẽ ꝑdicte sedis apostolice deducat̃:
vt ex auctoritate apostolica: sua in hoc manifestet̃ intentio: cui soli concessum
est in his statuta cõdere: ꝛ cõdita declarare. ¶ Glosantes ꝟo in scriptis cõsti
tutionẽ ipaȝ aliter qȝ eo mõ quo dixim⁹: doctores ĩ sup siue lectores qui docẽt
in publico ex certa sciẽtia ꝛ deliberate intellectũ ↄstitutiõis hmõi deprauãtes:
faciẽtes quoqȝ cõmentã. scriptura: seu libellos: ac ex certa sciẽtia ꝛ delibera
te determinãtes ĩ scholis: seu ꝑdicãtes ↄtra ꝑdicta: vel aliquã: seu aliqd ꝑdi
ctoꝝ: nõ obstãtib⁹ aliqb⁹ priuilegijs: vel indulgẽtijs: aut lrĩs aplicis: qbuscũ
qȝ dignitatib⁹. ꝑsonis. ordinib⁹: aut locis: religiosis vel secularib⁹: ĩ generali
vel singulariter: sub quacũqȝ forma vel expssiõe ꝟboꝝ cõcessis: q̃ nolumus
aliqb⁹ in ꝑmissis quõlibȝ suffragari. excõicatiõis sententie: quã ex nũc ĩ ipsos
ꝓferimus: se nouerint subiacere: a qua per neminẽ nisi per romanũ ponti
ficem possint absolui. ¶ Insuper tam istos contra quos per nos excõicatio
nis est ꝓlata sentẽtia: quã alios: siq fuerint: circa ꝑmissa vel eoꝝ aliqd venien
tes: ad nr̃am ꝛ sedis memorate volumus deduci notitiã: vt quos prouisus
modus eqtatis nõ arcet: a vetitis cõpescat rigor apostolice vltionis. Nulli er
go oino hoim liceat: hanc paginã: nr̃e declarationis. ordinationis. cõcessio
nis. dispositionis. suppletionis. approbationis. confirmationis: ꝛ constitu
tionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Siqs autem hoc attentare
presumpserit: indignationem omnipotentis dei: ꝛ beatorum Petri ꝛ pauli
apostoloꝝ eius: se nouerit incursurũ. Datũ Suriani. xix. Klas Septẽbris
pontificatus nostri anno secundo.

ℭ Incipit declaratio regule fratrū minorum edita a dño papa Clemente.v.



Clemens epūs seruus seruorū
dei:ad ppetuā rei memoriā. Exiui de paradiso:dixi rigabo
hortū plantationū:ait ille celestis agricola:q vere fons sapien
tie verbū dei a patre in pře manens:genitū ab eterno:nouissi
me diebus istis fabricāte spū scō in vtero virginis factum ca
ro existit homo ad opus arduū redēptionis hūani generis:pagendū:exem-
plar sequēdū celestis vite pbens hoībus semetipūt. Uerum qr mortalis vite
sollicitudinibus pssus homo:mentis aspectū ab exēplaris hmōi intuitu di-
uertebat:verus nr salomō:in solio militātis ecclesie quēdā hortuz volup-
tatis inter ceteros fecit a pcellosis mūdi fluctib⁹ elongatū:in quo quieti⁹ ac
securius vacaret contēplandis:obseruādisqz opibus exēplaris. In hūc in-
trauit ipse vt rigaret ipz fecūdis aqs spūalis grē ⁊ doctrine. Hic hort⁹ siqdē
est frm minoꝝ scā religio:q̄ muris regularis obsuātie firmiter vndiqz cir
cūclusa:itra se solo ɔtēta deo:adornat abūde nouellis plātatiōibus filiorū.
Ad hūc veniēs dilect⁹ dei fili⁹:mortificātis penitētie myrrhā metit cū aro-
matib⁹:q̄ suauitate mira vniuersis odorē attrahētis scīmōie circūfundūt.
Hec ē illa celestis vite forma ⁊ regla:quā dscripsit ille ɔfessor xpi eximi⁹ scūs
fraciscus:ac suādā a suis filijs verbo docuit pariter ⁊ exēplo. ¶ Qr vero dicte
scē regle ɔfessores ac emulatores dnoti:vt alūni ⁊ veri filij tāti pris affecta-
bāt sicut ⁊ seruēter affectāt ad purā ⁊ pleuā pmissaz regulā firmiter obsua-
re attēdētes qdā q̄ dubiū poterāt afferre sensū in ipsi⁹ regule serie ɔtineri:p
ipoꝝ dclaratiōe hnda recurrerūt prudēter olīz ad apicē aplice dignitatis:vt
certificati p ipaz cui⁹ pedib⁹ ēt p ipaz regulā sunt subiecti:possent dño pul
sis cūctis dubijs cū plēa claritate ɔsciētie deseruire. Horꝝ aūt pijs ac iustis sup
plicatiōib⁹ plures pdecessores nri roma. pōtif. successiue sicut dignuz erat:
applicātes aures ⁊ animū:declarauerūt ea q̄ dubia videbāt:addiderūt nō-
nulla:⁊ aliqua ɔcesserūt sicut expedire videbāt frm ɔsciētijs:ac pure obsuā
tie vtili⁹ stat⁹. Uerū qr plerūqz vbi culpa nō ē:ea timere solēt ɔsciētie timora-
te:q in via dei q̄dcūqz deuiū expauescūt:nō sunt ad plenū ex dictis declara
tiōib⁹ dictoꝝ oīz frm ɔsciētie qetate:qn circa aliqua ad regulā:ipoꝝqz sta-
tū ptinētia dubitationū in ipsis fluct⁹ aliq gererēt ⁊ oriāt:sicut ad aures no
stras pluries:⁊ de q̄z plurib⁹ i publicis ⁊ priuatis ɔsistorijs ē platū. Quapro
pter p ipos frēs nob extitit hūiliter supplicatū:quaten⁹ pdictis dubijs q̄ oc-
currerūt:⁊ q̄ psit occurrere in futurū:adhibere oportūa dclaratiōis remedia:
de benignitate sede aplice curarem⁹. ¶ Nos igit cui⁹ anim⁹ ab etate tenera
pia deuotiōe efferbuit ad hmōi pfessores regule:⁊ ad ordinē ipm totū:nunc
aūt ex cōi cura pastoralis regiminis quā immeriti sustinem⁹:ad ipos fouē-
dos ditici⁹:⁊ attēti⁹ gratiosis fauorib⁹ psequēdos:tāto pitocamur ardēti⁹:
quāto frequēti⁹ intēta mēte reuoluim⁹ fruct⁹ vberes quos ex eoꝝ exēplari vi
ta ⁊ salutari doctrina toti vniuersali ecclesie ɔtinue cernim⁹ puenire:tā pia

supplicantium intentione commoti:ad peragendum diligenter quod peti-
tur:studia nostra duximus conuertenda:ipsaq3 dubia per plures archiepis-
copos:⁊ epos:⁊ in theologia magistros:⁊ alios literatos prouidos ⁊ discretos
examinari fecimus diligenter. ¶ Cum igitur in primis:ex eo ꝙ in dicte re-
gule pncipio habetur:regula ⁊ vita minorum fratrum est scz dñi nostri iesu
xpi sanctum euangelium obseruare:in obedientia viuendo:sine proprio ⁊ i
castitate. Item infra:finito vero anno probationis:recipiantur ad obedien-
tiam:promittentes vitam istam semper ⁊ regulam obseruare. Item circa fi-
nem regule:paupertatē ⁊ humilitatē:⁊ sanctū euangeliū dñi nostri iesu xpi:
quod firmiter pmisimus obseruem⁹. Fuit hesitatū an fratres eiusdem ordi
nis ad oīa tam pcepta ꝙ consilia euangelij:ex pfessionē sue regule teneātur:
qbusdam dicentibus ꝙ ad oīa:alijs añt asserentibus ꝙ ad sola illa tria con
silia:vz viuere in obedientia. in castitate:⁊ sine proprio:⁊ ad ea q sub ꝟbis
obligatorijs ponunt in regula obligantur. ¶ Nos circa hunc articulū : pre-
decessorum nostrorum vestigijs iherentes:ipsum q3 articulū quo ad aliqd
plenius prosequentes:dicte hesitationi duximus respondendum:ꝙ cū vo-
tum determinatum cuiuslibet habeat cadere sub certo:vouens regulam nō
potest dici teneri ex vi voti hmōi:ad ea consilia euangelica que in regula nō
ponuntur. Et qdem bti Francisci conditoris regule hec probatur fuisse in-
tentio:ex hoc ꝙ quedam euangelica consilia in regula posuit:alijs ꝑtermis-
sis. Si eñ per illud verbum:regula ⁊ vita minorum fratrum hec est. ⁊c. in-
tendisset eos ad oīa consilia euangelica obligare:superflue ⁊ nugatorie que-
dam eorum:suppressis ceteris:in regule expressisset. Cum autē natura termi-
ni restrictiui hoc habeat:ꝙ sic excludit ab ipso extranea:ꝙ cuncta ad ipsum
pertinentia concludit:declaramus ⁊ dicimus:ꝙ dicti fratres non solū ad
illa tria vota absolute accepta:ex professione sue regule obligantur:sed etiā
tenentur ad ea oīa implenda:que sunt pertinentia ad hec tria:que regula ip
sa ponit. Nam si ad hec tria predicta tantum precise ⁊ nude promittentes se
seruare regulam:viuendo in obedientia. in castitate:⁊ sine proprio:⁊ non ēt
ad oīa contenta i regula:que hec tria modificant arctarentur : pro nihilo et
vane proferrentur hec verba:promitto semper hanc regulam obseruare i ex
quo ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen putandum est ꝙ
beatus Franciscus professores huius regule quantum ad oīa contenta in re
gula modificantia tria vota:seu ad alia i ipsa expressa itenderit equaliter esse
obligatos:qn potius aperte discreuit:ꝙ quo ad quedam ipsorum trāsgres-
sio est mortalis:⁊ quo ad quedam alia non:cum ad quedam ipsorum ꝟbū
apponat precepti:vel eqpollentis eidem:⁊ quo ad alia:verbis alijs sit cōten-
tus. ¶ Item:qꝛ preter ea que expresse verbo precepti. exhortationis. seu mo-
nitionis ponuntur in regula:nonnulla verbo imperatiui modi : negatiue:
vel affirmatiue apposito inferuntur:hactenus extitit dubitatum:an tenean-
tur ad ista vt ad habentia vim precepti. Et qꝛ vt intelleximus non minui-
tur hoc dubium:sed augetur:ex eo quod felicis recordationis Nicolaus pa
pa .iij. predecessor noster noscitur declarasse:ꝙ fratres ipsi ex professione sue
regule sunt astricti ad ea consilia euangelica:que in ipsa regula preceptorie

Ar.j. de obs uātia euāge licoꝝ ꝯsilioꝝ ⁊ pceptoꝝ.

Ar.ij. an ver ba impatiui mōi obligēt frēs sicut pre cepta.

vel inhibitorie:seu sub verbis eq̄pollentibus exprimuntur: supplicauerunt
predicti fratres:vt ad ipsorum conscientias serenandas declararemus que bonū
censeri debeant preceptis equipollentia:ac obligatoria dignaremur. ¶ Nos
itaqz qui in synceris bonorum conscientijs delectamur: attendentes q̄ in his
que anime salutem respiciunt:ad vitandos graues remorsus conscientie cō
sulte pars securior est tenenda: dicimus:q̄ licet fratres non ad omnia que
sub verbis imperatiui modi ponuntur in regla sicut ad preceptorum seu p̄-
ceptis equipollentium obseruantiam teneantur:expedit tamen ipsis fratri-
bus:ad obseruandam puritatem regle & rigorem:q̄ ad ea sicut ad eq̄pollen-
tia preceptis se nouerint obligatos:que hic inferius annotantur. Ut autem
hec que videri possunt equipollentia preceptis ex vi verbi vel saltem ratio-
ne materie de qua agitur:seu ex vtroqz:sub compendio habeantur:declara-
mus:q̄ illud quod ponitur in regla de non habendo plures tunicas quam
vnam cum caputio & aliam sine caputio. Item de non portandis calciamē-
tis:& non equitando:extra casum necessitatis. Item q̄ fratres vilibus in-
duantur. item q̄ ieiunare a festo omnium sanctorum vsqz ad natīe domi-
ni:& in sextis ferijs teneantur. item q̄ clerici faciant diuinum officium secū-
dum ordinem sancte Romane eccl'ie. item q̄ ministri & custodes p̄ necessi-
tatibus infirmorum:& fratribus induendis sollicitam curā gerant. item q̄
si quis fratrum in infirmitatem ceciderit:alij fratres debent ei seruire. item
q̄ fratres non predicent in ep̄atu alicuius ep̄i:cum ab eo illis fuerit contra
dictum. item q̄ nullus audeat p̄pl'o penitus predicare:nisi a ministro gene-
rali:vel alijs quibus secundū declarationē predictam id competit:fuerit exa-
minatus. approbatus:& ad hoc institutus. item q̄ fratres q̄ cognoscerent se
non posse premissam reglam spūal'r obseruare:debeāt & possint ad suos mi-
nistros recurrere. item q̄ oia que ponuntur in regla ad formam habitus:
tam nouiciorum:q̄ etiam professorum:necnon ad receptionis modum: ac
professionem spectantia:nisi recipientibus quo ad habitum nouiciorum:si-
cut dicit regla. scd'm deum aliter videatur:hec in quam oia sunt a fratrib9
tanq̄ obligatoria obseruanda. Item ordo cōiter sentit. tenet:& tenuit ab an-
tiquo:q̄ vbicunqz ponitur in regla hoc vocabulū:teneantur:obtinet vim
precepti:& obseruari debet a fratribus sicut tale. ¶ Ceterum:q2 xp̄i cōfessor
predictus agendorum ac seruandoꝝ circa recipiēdos ad ordinē ministris ei
fratribus modū prebens:dixit in regla:q̄ caueant frēs & eorum ministri ne
sint solliciti de rebus suis tp̄alibus:vt libere faciāt de eis q̄cq̄d ipsis a domi-
no fuerit inspiratū:licentiā tamen habeāt mittēdi eos ad aliquos deū timē-
tes:si consiliū requiratur:quoꝝ 9silio sua bona paupibus erogētur:dubitaue
runt & dubitāt multi fratrū:an liceat ipsis de bonis ingredientiū q̄cq̄ recipe-
re:si donent:& si ad dandū personis & 9uentibus possint eos inducere sine cul-
pa:si etiā ad disponēdū distributionē rerū talium debeāt ipsi ministri seu fra-
tres dare consilium:vbi ad consulendū alij q̄ ex ipsis ad quos ingressuri
mittantur:possint idonei inueniri. Nos aūt 9siderantes attente intendisse
sanctū Franciscū:sue regule p̄fessores:quos fundauerat in maxima paupta-
te:ab affectu temporaliū rerum ipsoꝝ ingredientium per dicta v̄ba specialr

Artic. iij an possint recipe frēs de bonis ordinē ingredientium

et totaliter elongaret:vt quantū est ex parte frm̄ ipsoꝝ receptio ad ordinem:
sancta ꝛ purissima appareret:ꝛ ne aliquo modo oculuꝫ viderent habere ad
bona coꝝ tpalia:ꝗ ad ipsos tn̄ diuino intuitu mācipādos:dicimus eos nō de-
beret āministros ꝗ̄ frēs ceteros a dictis inductiōib⁹ ad sibi dandū ꝛ suasio
nib⁹:necnō a dādis circa distributionē ꝯsilijs abstinere:cū p hoc ad tunc̄tes
ocū statuꝫ alterius mitti debeāt:nō ad frēs:vt ꝓe cūctis pateāt:cē tā salubris
instituti patern istudiosi zelatores:sedull ꝛ pfecti. Cū ꝓo facere de reb⁹ suis
qḋ dn̄s inspirabit:ipsamet regula ingredientib⁹ liberꝫ velit cē:nō videt qn li-
ceat eis recipe:ꝯsideratis.f.eoꝝ necessitatib⁹:ꝛ moderaminibus declaratiōis
iā dicte:sigd de bonis suis intrās:sicut ꝛ ceteris paupib⁹:p modū elemosy
ne libere velit dare. Cauere tn̄ in acceptiōe oblatoꝝ talium decet frēs:ne ex re-

Ar.iiij.ḋ fra
trū vestimen
tis:ꝛ eoꝝ vili
tate.

ceptoꝝ quātitate notabili:ꝓsumi possit sinister ocul⁹ ꝯtra ipos. ¶ Preterea:
cū dicat in regula:ꝙ illi q iā ꝓmiserūt obedientiā habeāt vnā tunicā cū ca-
putio:ꝛ aliā sine caputio:q hr̄e voluerint:ꝛ itē:ꝙ frēs oēs vestimētis vilibus
induāt:nosq; ꝑdicta ꝟba declarauerimus eq pollere ꝑceptis:volētes plen⁹
hoc determinare:dicimus quātū ad nūeꝝ tunicaꝝ:ꝙ pluribus vti nō licet:nisi
in necessitatibus q̄ haberi pn̄t ex regula:sm̄ ꝙ huc passuꝫ memoratus prede-
cessor nr̄ plenius declarauit. Vilitatē aūt vestiū:tā habitus ꝗ̄ interioꝝ tuni-
caꝝ:illā intelligi debere dicimus:q̄ sm̄ ꝯsuetudinē:vel ꝯditionē pr̄ie debeat
quāuis ad colorē panni:ꝛ ꝑciū vilitas merito reputari:nō eni quo ad regiōes
oēs pōt determinat⁹ vnus modus in talib⁹ assignari. Quoꝝ ēt vtilitatis iu
dicium ministris ꝛ custodibus:seu guardianis duximus cōmittendū:eoꝝ su

De calciamē
tis.
Art.v.ḋ ie-
iunijs.

p hoc ꝯscientias onerātes:ita tn̄ ꝙ fuent in vestibus vilitatē. ¶ Quoꝝ etiā
ministroꝝ.custodū:ꝛ guardianoꝝ iudicio:eodē mō relinquimus:p qua neces-
sitate pn̄t ipsi frēs calciamēta portare. ¶ Deinde cū duobus tpibus ānotatis
in regula.s.a festo oim̄ sctōꝝ vsq; ad natiuitatē dn̄i:ꝛ maxime quadragesi-
mein qbus ieiunare tenent:inserat in eadē regula:alijs aūt tpibus nō tene
tur nisi sexta feria ieiunare:ꝛ ex hoc voluerūt aliq dicere:ꝙ dicti ordinis fra
tres nō tenent:nisi ex ꝯdecentia:ad alia ieiunia ꝗ̄ ad ista:declaramus:debere
intelligi eos nō teneri ad ieiuniū alijs tpibus:pterꝗ̄ in ieiunijs ab eccl'esia cō
stitutis. Nō est eni verisimile ꝙ vel institutor regule:vel ēt ꝯfirmator absol-
uere eos intenderit a seruandis illis ieiunijs:ad q̄ de cōi statuto ecclesie obli-

Ar.vj.ḋ ob-
ſuātia ꝑcep-
ti.f.ꝙ frēs nō
recipiant pe-
cuniam.

gātur ceteri xp̄iani. ¶ Porro cū dictus sctūs volens frēs suos sup oia a de-
narijs seu pecunia esse totaliter alienos:ꝑcepit firmiter fratribus vniuersis
vt nullo mō denarios vel pecuniā recipiāt p se vel p interpositā psonā:illū-
q; articulū declarās idē ꝑdecessor nr̄:casus ꝛ modos posuerit:qbus serua-
tis a fratribus nō possint dici:nec debent p se vel p aliū pecunie receptores:cō
tra regulā vel sui ordinis puritatē:dicim⁹ frēs teneri cauere summopē:ꝙ p
alijs causis:vel sub modis alijs ꝗ̄ ponat dicti ꝑdecessoris nr̄i declaratio:ad
dātes pecunias siue ꝯputatos nūcios nō recurrāt:ne si sec⁹ ab ipsis attētatū
fuerit:trāsgressores ꝑcepti:ꝛ regule merito possint dici. Nā vbi aliqd alicui
generaliter ꝓhibet:qḋ exp̄sse nō ꝯcedit:intelligit denegatū. Quo circa:que-
stus oīs pecunie:ac oblationum pecuniaꝝ receptio in ecclesia vel alibi:cippi
seu trunci ordinati ad offerentiū seu donantiū pecunias reponēdas:necnō

et ↄ̃cuꝰq̃z recursus alius ad pecunias: seu habentes ipsas q̄ ꝑ declaratiõem
predictam non ↄ̃cedit: hec inq̃ omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cum
etiam recursus ad amicos spũales expresse tantũ in duobus casibus secun-
dum regulam ↄ̃cedat: vcz pro necessitatibꝰ infirmoꝝ: ⁊ fratribus induẽdis:
idq̃z pie ⁊ rationabiliter: ↄ̃sidrata necessitate vite: ad alias necessitates frm̃
ꝑ tempore occurrẽtes (cessantibꝰ elemosynis) seu etiam ingruẽtes: sepedictꝰ
ꝑdecessor duxerit extendendũ: attendãt frẽs ꝑfati: q̄ ꝑ nullis causis alijs q̄
ꝑdictis: vel similibꝰ: in via vel alibi: recurrere licet eis ad amicos hmõi: siue
sint dãtes pecunias: seu deputati ꝑ ipsos: siue nũcij: vel depositarij: seu quo-
uis alio nomine appellent̄: etiam si ↄ̃cessi ꝑ eandem declaratiõem modi cir-
ca pecuniam integre seruarent. ¶ Deniq̃z cũ idem ↄ̃fessor summe affectaue-
rit sue regule ꝓfessores totaliter ee᷑ abstractos ab effectu ⁊ desiderio terreno-
rum: ⁊ specialiter a pecunia: ⁊ eiꝰ vsu totaliter in exptos: sicut ꝓbat ꝓhibitio
de recipiẽda pecunia: in regula sepius repetita: curare frẽs vigilanter necesse
est: q̄ cũ ex causis ꝑdictis: ⁊ modis ad hũtes pecunias deputatas ꝑ ipsorum
necessitatibꝰ recurrere oportebit ad tenẽtes ipsas: quicũq̃z hĩ fuerint: p̄inci-
palem vel nũcij: in omnibꝰ sic se gerãt: q̄ se cũctis ostendant in dictis pecu-
nijs: sicut nec habẽt: penitꝰ nil hr̃e. Quapropter precipe q̃uo ⁊ qualiter pecu
nia expendat̄: compo ũq̃z exigere de expẽsa: eam quomodocunq̃z repetere:
siue deponere: aut deponi facere: capsulam pecunie: vel eiꝰ clauẽ deferre: hos
actus: ⁊ ↄ̃similes: sibi frẽs illicitos ee᷑ sciant. Predicta enim facere ad solos
dños ꝑtinet q̄ dederũt: ⁊ eos quos ipsi deputauerũt ad hoc ipsum. ¶ Pro- Arti. vij. de ex ꝓpriatiõe fratrum.
inde cũ vir sctũs paupertatis ꝓmisse in regula modũ exprimens dixerit in ea-
dem: frẽs nihil sibi appropiẽt: nec domũ: nec locũ: nec aliquam rẽ: sed tanq̃
ꝑegrini ⁊ aduene in paupertate ⁊ humilitate dño famulantes: vadant ꝓ ele-
mosyna ↄ̃fidenter: sicq̃z declaratum extitit ꝑ nõnullos ꝑdecessores nr̃os ro-
manos pontifices: hanc ex ꝓpriationem intelligi debere tam in speciali q̄
etiã in comuni: ꝓpter quod: ⁊ rerum omniũ ↄ̃cessarum, oblataꝝ: ⁊ donata-
rum fratribus (quas ⁊ quaꝝ vsum facti, s. ordini vel ipsis fratribus ꝫ hr̃e)
ꝓprietatem: ⁊ dominiũ in se ⁊ romanã ecclesiã receperũt: dimisso in eis ip-
sis fratribus tantũmodo vsu facti simplicis: ad nostrũ fuerunt deducta exa
men: que in ordine fieri dicebant̄: ⁊ videbant̄ predicto voto: ⁊ puritati or-
dinis repugnare: vcz: vt ea ꝓsequamur ex ipsis q̄ remedio credimus indige
re: q̄ se institui heredes: non solũ sustinent: sed ꝓcurant. Item: q̄ reddiꝰ an-
nuos suscipiunt interdũ in tam notabili quantitate: q̄ ↄ̃uentus habentes:
totaliter inde viuunt. Item: q̄ cũ ipsoꝝ negocia: etiã pro rebus tp̃alibus in
curijs agitant̄: assistunt aduocatis ⁊ ꝓcuratoribus: ⁊ ad instigandũ eosdẽ se
ibidẽ ꝑsonalr̃ reꝑsentant. Item: q̄ cũ executiones suscipiunt vltimarũ vo-
luntatũ ⁊ gerunt: seq̃z intromittant quandoq̃z de vsuraꝝ: vel male ablatoꝝ
dispositionibus: seu restitutionibꝰ faciendis. Item: q̄ alicubi non solum ex
cessiuos hortos: sed etiã vineas magnas hñt: de q̄bus tam de oleribus: q̄ de
vino multũ colligit̄ ad vendendũ. Item: q̄ tp̄ibus messiũ: vel vindemiarũ
sic copiose granũ ⁊ vinũ mendicando: vel aliũde emendo colligũtur a fra-
tribus: ⁊ in cellarijs ⁊ granarijs recondunt̄: q̄ ꝑ anni residuũ: ⁊ absq̃z coꝝ

mendicatione possunt transigere vitā suaȝ. Itē: φ ecclesias: vel alia edificia
faciūt: vel ꝓcurāt fieri in quantitate ⁊ curiositate: figure ac forme: ac sump-
tuositate notabilr̄ excessiua: sic φ nō vidētur habitacula paupeꝝ: sꝫ magna
tum. Paramēta etiā ecclesiastica i plerisqꝫ locis tā multa hn̄t: ⁊ tam notabi-
liter ꝑciosa: φ excedūt in his magnas ecclesias cathedrales. Equos insuꝑ
⁊ arma eis oblata i funeralib⁹ recipiūt idistincte. Et si cōitas ⁊ frm̄: ⁊ specia-
liter rectores ipsius ordinis asserebāt: φ ꝑdicta seu plura ex ipsis i ordine nō
fiebant. Quot ⁊ siq reperiunt̄ rei i talib⁹: rigide puniunt̄: necnō contra talia
ne fiāt: sunt facta pluries ab ātiquo statuta i ordine multū stricta. ¶ Cupiē-
tes igit̄ nos ipsoꝝ frm̄ prouidē ꝯsciētijs: ⁊ cūcta dubia: quantum possibile
nob est: de ipsoꝝ pectorib⁹ remouere: ad ꝑdicta: modo q̄ sequtur respōdem⁹.
Cum eñi ad veritatē vite pertineat: vt id qd̄ exterius agitur iteriorē mētis
habitū ⁊ dispositionē repsentet: necesse hn̄t frēs: q̄ se ex ꝓpriatione tāta a tē-
poralib⁹ abstraxerūt: ab eo φ dicte ex ꝓpriationi cēt: vel posset videri cōtra

De hereditatib⁹ nō acceptandis.

rium abstinere. ¶ Qr igitur i successionib⁹ trāsit: nō solū vsus rei: sꝫ ⁊ do-
minium suo tēpore i heredes: frēs aūt ꝑfati nihil sibi i speciali acqrere: vel
eoꝝ ordini possunt: etiā in cōi: declarādo dicim⁹: φ successionū hmōi que
etiā ex sua natura indifferēter ad pecuniā: ⁊ etiā ad alia mobilia ⁊ inmobi-
lia se extēdūt: ꝯsiderata sui puritate voti: nullaten⁹ sunt capaces. Nec sꝫ eis
valorē hereditatū taliū; vel tantā eaꝝ partē φ ꝑsumi posset hoc in fraudem
fieri: quasi sub modo ⁊ forma legati dimitti sibi facere: vel sic dimissa reci-

De redditib⁹ nō hn̄dis.

pere: qn potiꝰ ista sic fieri ab ipsis: simpliciter ꝓhibem⁹. ¶ Cūqꝫ ānui reddi-
tus īter imobilia cēseant̄ a iure: ac hmōi reddit⁹ obtinere paupertati ⁊ mēdi-
citati repugnet: nulla dubitatio ē φ ꝑdictis fratrib⁹ reddit⁹ quoscunqꝫ: si-
cut ⁊ possessiōes: vel eoꝝ etiā vsuȝ: cū eis nō repiat̄ cōcessus: recipe vl' hr̄e: cō-

De nō assistēdo i curijs.

ditiōe ꝯsiderata ipoꝝ: nō lꝫ. ¶ Amplius: cū nō solū qd̄ malū eē dignoscit̄: sꝫ
⁊ oē qd̄ speciē hꝫ mali sit a viris ꝑfectis specialr̄ euitādū. Ex talibus autem
assistētijs i curijs: ⁊ istigationib⁹: cū de reb⁹ agitur i ipsoꝝ cōmoda cōuertē-
dis: credunt̄ verisimilr̄ ex his q̄ foris patēt: de qbus hn̄t hoīes iudicare: i ip-
sis reb⁹ frēs assistētes aliqd q̄rere tanqꝫ suū: nullo modo debēt hmōi voti ⁊
regule ꝓfessores: se talib⁹ curijs: ⁊ litigiosis actib⁹ immiscere: vt ⁊ testimoniuȝ
habeāt ab his q̄ foris sunt: ⁊ puritati satisfaciāt voti sui: ac euitet̄ ꝑ hoc scā-

De nō recipiendis a fil' b⁹ testamētoruȝ executiōib⁹.

dalū ꝓximoꝝ. ¶ Verūetiā cū dicti ordinis frēs nō solū a receptiōe: ꝓprieta-
te dn̄io: siue vsu ipsius pecunie: verūetiā a ꝯtrectatiōe qualibet ipsius: et ab
ea sint penitus alieni: quēadmodū sepedictus ꝑdecessor nr̄ i declaratiōe hu-
ius regule plane dixit: cūqꝫ dicti ordinis ꝓfessores ꝓ nulla re tpali possunt
i iudicio experiri: ꝑdictis fratribus nō lꝫ: nec cōpetit qn potius: considerata
sui puritate status: debēt sibi scire iterdictū: φ hmōi executiōibus ⁊ dispo-
sitiōibus se exponāt: cū hec vt sepius absqꝫ litigio: ⁊ ꝯtrectatione: vel admi-
nistratiōe pecunie nequeant expediri. Verūtamen i his exeq̄ndis dare ꝯsiliuȝ:
ipsoꝝ statui nō obsistit: cū ex hoc ipsis circa bona temporalia: nulla iurisdi-

De nō habēdis hortis superfluis.

ctio. actio i iudicio: siue dispēsatio tribuat̄. ¶ Licet vō nō solū sit licitū sꝫ
⁊ multū cōueniēs rationi: φ frēs q̄ i laboribus spūalibus: orōnis ⁊ studij se-
dule occupant̄: hortos ⁊ areas habeāt cōpetētes: ob recollationē vel recrea-

tionē sui: et interdū ad seipsos post labores huiōi corporalr deducēdos: nec nō ad habēda necessaria hortalicia p seipsis: hīre tn̄ hortos aliquos vt colātur: ac olera et alia hortalicia p̄cio distrahāt: nec nō et vineas: repugnat sue regule et ordinis puritati: sm qd dict⁹ p̄decessor declarauit: ac et ordinauit: q si talia ad vsus prime dictos: vtputa agrū vel vineā ad colēdū: et cōsimilia fratrib⁹ legarēt: p oēz modū frēs a receptiōe taliū abstinerēt: cum et p̄missa hīe: vt p̄ciū fructuū suis tpib⁹ habeāt: ad naturā et formā pceptū appropinquet. ¶ Rursus: cū p̄dict⁹ sctūs tam i exēplis vite q̄z verb regule ostēderit se velle: qd sui frēs et filij diuie puidētie innitētes: suos i deū iacerēt cogitat⁹: q volucres celi pascit: q̄ nō cōgregāt i horrea: nec semināt: nec metūt: nō est verisimile voluisse ipm eos hīe granaria: vel cellaria: vbi quotidianis mendicatiōib⁹ deberēt sperare posse trāsigere vitā suā. Et idcirco nō ex timore seu i lapare se debēt ad cōgregatiōes et obsuatiōes huiōi faciēdas: sz tūc tn̄: cū eēt multū credibile ex iā expertis: qd nō possent vite necessaria aliter inuenire. Hoc aūt: ministrox et custodū simul et separatim i suis administrationib⁹ et custodijs: cū guardiani et duox de cōuētu loci discretox sacerdotū et antiquox i ordie friū cōsilio et assensu duxim⁹ iudicio relinquendū: eox sup hoc specialiter cōsciētias onerātes. ¶ Hinc est et: qd cū vir sctūs frēs suos i paupertate summa: ac hūilitate fundare voluerit: quoad affectū pariter et effectū: sicut fere regula tota clamat: cōuenit ipsis: q nullo mō de cepo fieri faciant: vel fieri sustineāt ecclesias: vel alia q̄cūqz edificia: q cōsiderato friū ibabitantiū nūero: excessiua i multitudie et magnitudie debeāt reputari. Ideoqz volum⁹: q vbiqz i suo ordie de cepo: tēperatis et hūilib⁹ edificijs sint cōtēti: ne huic tāte pauptati pmissē: qd patet oculis cōtrariū: foris clamet. ¶ Quāuis etiā paramēta et vasa ecclesiastica: ad honorē diuini nois ordinentur: pp̄ter quē oia fecit ipse deus: tn̄ q abscōditox ē cognitor ad animū sibi ministrantiū respicit pricipaliter nō ad manū: nec p illa sibi vult seruire: q suox hūilitox cōditioni et statui dissonarēt: pp̄ter qd sufficere debēt eis paramēta et vasa ecclesiastica decentia: i numero et i magnitudie sufficientia competenter. Supfluitas aūt: aut nimia p̄ciositas: vel q̄cunqz curiositas i his seu alijs q̄buscunqz: nō potest ipsox professioni vel statui conuenire. Cum eni hec sapiant thesaurizationē aut copiā: pauptati tante: quo ad humanū iudicium: derogant manifeste. Quapropter p̄missa seruari a fratribus: volum⁹ et mādamus. ¶ Circa equox vero et armox oblationes: illud decernimus i oib⁹ et p oia obseruandū: qd per declarationē p̄dictam i pecuniarijs noscitur elemosynis diffinitum. ¶ Ex p̄missis aūt succreuit non parum scrupulosa questio iter frēs: vcz virū ex sue pfessione regule obligentur ad arctum et tenuem: siue pauperē vsum rerū: qbusdā ex ipsis credētibus et dicētibus: qd sicut quo ad dominiū rerum hnt ex voto abdicationē arctissimā: ita ipsis quo ad vsum arctitudo maxima et exilitas est idicta: alijs i contrarium assertibus: q ex professione sua ad nullū vsum pauperē: q non exp̄matur i regula obligantur: lz teneantur ad vsum moderatum tēperantie: sicut et magis ex cōcedēti q̄z ceteri xp̄iani. Volētes itaqz consciētiax p̄dictox fratrum prouidere qeti: et his altercationib⁹ finē dare: declarādo dicimus. q fratres

De nō cōgregādo frumētū absqz euidenti necessitate.

De nō recipiēdis edificijs sumptuosis.

De nō habēdis paramētis et vasis excessiuis.

Arti. viij. an frēs teneātur ad vsuz pauper ex regla.

minores ex ꝓfessione sue regule special'r obligant ad arctos vsus: seu paupe
res q in ipoꝝ regula continent: ⁊ eo obligationis modo: sub quo ꝯtinet seu
poni regula dictos vsus. Dicere aũt: sicut aliq asserere ꝑhibent: ꝙ hereticũ
sit tenere vsũ pauperẽ includi vel nõ includi sub voto euangelice paupta
tis: ꝑsumptuosũ ⁊ temerariũ iudicam⁹. ¶ Deniq: q: ex eo ꝙ dicta regl'a ꝑ

Arti. ix. de electione ⁊ institutiõe ministroꝝ ꝓuincialium.

quos ⁊ vbi fieri debeat ministri generalis electio tradẽs: nullã fecit de mi
nistroꝝ ꝓuincialiũ electiõe vel institutiõe penit⁹ mẽtionẽ: oriri sup hoc pote
rat dubitatio inter frẽs. Nos volẽtes posse ipsos clare ⁊ secure procedere in
oib⁹ factis suis: declaram⁹. statuim⁹ etiã ⁊ ordinam⁹ hac ꝯstitutiõe in ꝑpe
tuũ valitura: vt cũ alicui ꝓuĩcie de ministro fuerit ꝓuidendũ: ipsius mini
stri electio: penes capitulũ ꝓuĩciale resideat: quã idẽ capitulũ die sequẽti qua
fuerit ꝯgregatũ facere teneat. Ipsius aũt electiõis ꝯfirmatio: ad ministrũ ꝑ
tineat generalẽ. Et siqdẽ ad electionẽ hmõi ꝑ formã scrutinij ꝓcedat: ⁊ vo
tis in diuersa diuisis electiões plures in discordia celebrari ꝯtingat: illa q̃ a
maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatiõe seu ꝯsideratiõe
habita) fuerit celebrata: exceptiõe seu ꝯtradictiõe quacũqz alteri⁹ partis non
obstãte: ꝑ dictũ generalẽ ministrũ: de ꝯsilio discretoꝝ de ordine: (prius tñ ex
officio: put spectat ad ipsũ: diligẽti examinatiõe ꝑmissa) ꝯfirmet: vel etiam
infirmet: put ei sc̃m deũ visũ fuerit expedire. Et si fuerit infirmata: ad capi
tulũ ꝓuinciale electio hmõi reuertat. Ceteꝝ: si capitulũ memoratũ die ꝑdi
cta ministrũ eligere ꝑtermittat: ex tũc ministri ꝓuincialis ꝓuisio: ad genera
lem ministrũ libere deuoluat. Uerũ si ministro ꝑdicto ⁊ capitulo generali
bus: ex certa, manifesta: ⁊ rationabili causa videret aliqñ in ꝓuincijs vltra
marinis hibernie. gretie. seu romanie (in qbus hactenus alius ꝓuidẽdi mo
dus dr ex causa certa ⁊ rationabili ꝯuatus) expedire ministrũ ꝓuincialẽ ꝑ mi
nistrũ generalẽ: cũ ꝓboꝝ ordinis ꝯsilio: potius q̃ꝫ ꝑ capituli ꝑdicti electionẽ
ꝑfici: in ꝓuincijs hibernie: etiã vltra marinis irrefragabil'r: in romania ꝟo
vel grecia: qñ minister dicte ꝓuĩcie moreret vel absolueret citra mare: illa vi
ce: seruet absqz dolo partialitate: ⁊ fraude (sup quo eoꝝ ꝯsciẽtias oneramus)
quod sup hoc dictus minister: cũ dictoꝝ proboꝝ ꝯsilio: duxerit ordinãdũ.
In destitutione vero dictoꝝ ministroꝝ ꝓuincialiũ: s'uari volum⁹ qd sup
hoc hacten⁹ de ipso ordine extiterit obs'uatũ. ¶ Ceteꝝ: si ꝯtingeret eosdẽ mi
nistro ghrali carere: ꝑ vicariũ ordinis fiat sup hoc: qd faciẽdũ fuerit ꝑ eũdẽ
ministrũ: vsqzquo ꝓuisũ fuerit de generali ministro. Porro siqd de hmõi
ministro ꝓuĩciali sec⁹ attẽtari forte ꝯtigerit: illd ipso facto sit irritũ ⁊ inane.
¶ Nulli igit oĩno hoĩm liceat: hanc paginã nr̃aꝝ declarationũ dictoꝝ cõ
missionis. respõsionis. ꝓhibitionis. ordinatiõis. mãdationũ. ꝯstitutionũ.
iudicationũ: ⁊ volũtatũ infringere: vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs autẽ
hoc attẽtare ꝑsumpserit: indignationẽ oĩpotentis dei: ac beatoꝝ petri ⁊ pau
li apl'oꝝ eius se nouerit incursurum.

¶ Incipit quedam constitutio: siue de

claratio a dño Joanne papa. xxij. edita sup regulã eandẽ fratrũ minorũ: de
forma ⁊ qualitate habitus: necnõ de granarijs ⁊ cellarijs.



Oannes epũs seruus seruorũ
dei ad ꝑpetuã rei memoriã. Quorundã exigit cece scrupulo
sitatis ambiguũ: ac ipsoꝝ quodammodo indocta sciẽtia: ne
dixerim⁹: q irreligiosa hoꝝ sit vana: vel in hoc supsticiosa re
ligio: vt dũ suis maunlt temere sub ꝯscientie velamento con
ceptibus: q̃ prelatoꝝ ordinis sui cũ obedientie merito ꝓuide inherere sentẽ
tijs: nos post predecessoꝝ nroꝝ: ⁊ ꝑsertim fe. re. Nicolai.iij. ac pie memorie
Clemẽtis.v. romanoꝝ pontificũ: sup intellectu ⁊ obseruãtia regule ordinis
fratrũ minorum declaratiões salubriter editas: solidas qdem. claras: ⁊ luci
das: multaqz maturitate digestas: nras deo fauente indubias: ipsoꝝ prede
cessoꝝ declarationes declarationibus adiungam⁹: sicqz dies diei eructet vẽ
bum: ⁊ nox nocti scientiã manifestet: ne pperam paucoꝝ dicti ordinis frm
(quod absit) inscitia: recta ipsarũ declarationũ verba ꝯuertens in deuium: il
laqz suis (eis ꝓfecto ꝯtraria) accõmodans sensib⁹: ingrata deo. supiorib⁹ cõ
tumax: ꝑfato ordini detrahens. odiosa cõfratrib⁹. vnionẽ scindẽs si valeat:
ac graue credat in pplos scandalũ allatura: q potius vt nra vehemẽter fla
grat intẽtio: antedictis ꝓfligatis incõmodis: hec sancta minoꝝ fratrum re
ligio (ad quã iamdudũ cũ minores nos gradus haberet: dilectiõis ⁊ deuotio
nis seruor incanduit: nũc vero post susceptũ a nob apostolice seruitutis iu
gum: ad illius religionis gubernationẽ. ꝓtectionẽ. defensionemqz interius
exteriusqz ꝓpriã pastoralis cure sollicitudo nos angit: paterne cogit proui
dentie debitũ: ac eterne charitatis zelus accẽdit) grata pace cõgaudeat. sancto
ꝓficiat ocio: in numero ac merito q̃ plurimũ augeatur: blandeqz insup re
deuntiũ illoꝝ sue scz ꝓfessionis ruat in oscula. mactet vitulũ. eorũqz libẽs
⁊ sedulo corruat in amplexus. Profecto cũ ⁊ ipsius religionis odor trahat:
charitas attrahat: sciẽtia lucidet. oro increat: que i conualle lachrymaꝝ: hu
ius scz mundi miseria: vel cordis contritione ⁊ humiliatione purissimas as
censiones in corde suo disposuit: vt non solũ de virtute i virtutem ꝓficiat
sed ⁊ in eisdem virtutibus permanens: quasi qbusdam alarum ad ꝑfectio
nem tendẽtibus gradibus: de die i diem facta se melior: ascendat in alti⁹: ter
rena despiciat: ⁊ celestia complectat: sicqz tandẽ diuino munere collocata in
patria: tanto tũc deũ: scdm hmõi eius sancte ascensionis gradus cognoscat
aptius: quãto nũc i hui⁹ ꝑegrinationis angustijs: illos cõscenderet altiores.
Nam scdm dauid ꝓphetaꝝ eximiũ: dũ sanctã ecclesiã deus ipse suscipiet:
in ei⁹ gradibus cognoscet. Quapropter tantis incõmodis: tantisqz eiusdez
ordinis excitati ꝑiculis: ⁊ ad illa salubrib⁹ ⁊ opportunis ꝑ eiusdẽ sedis ꝓui
dentiã circũspeciam adhibẽdis submonenda remedijs: nre sollicitudinis
studiũ conuertẽtes: ad dei laudẽ: bti Francisci preconiũ: eiusqz ꝑfati ordinis
pacem: cõsolationemqz fideliũ: necnon iunctis minusqz habentibus inobe
diendi vl' euagandi occasiones subducendã materiã: ⁊ ad trepidantiũ: vbi
timor nõ aderat: scrupulosam caliginẽ detergendã: eosqz suauiter reducen
dos vt filios ad ipsius religionis gremiũ velut matris: diligenti sup his ꝑ
scrutatione: ⁊ matura deliberatione ꝑhabitis: de fratrũ nroꝝ consilio: i fra

Art.j. de forma & vilitate habitus usi.

scriptas declarationes.cõmissiones.ordinationes: & pcepta q̃ inferius inse-
runtur: duximus adiũgendas. ¶ In primis: cũ dicat in regula q̃ illi q̃ pmise-
runt obediẽtiã: habeãt vnã tunicã cũ caputio: & aliã sine caputio q̃ hr̃e vo-
luerint: itẽ q̃ frẽs oẽs vestimẽtis vilib⁹ induant: & sup pdictoꝝ ḃboꝝ sen-
su a pfatis pdecessorib⁹ nr̃is Nicolao & Clemẽte declaratiões: vt pdicit: lim
pide emanarint: dictusq̃ clemẽs hui⁹ vilitatis iudiciũ. Ministris custodi-
bus: seu guardianis ordinis pdicti duxerit cõmittendũ: eoꝝ sup hoc cõscien-
tias onerãdo: nec ob hoc in q̃busdã ex fratrib⁹: antedicti ordinis: volẽtib⁹
plus sapere q̃ oporteat sapere: nouarũ adinuctiones ambiguitatũ cessaue-
re q̃ plurime: vt nõ oĩno nõ vetustaꝝ replicatio q̃stionũ: tã vez sup lõgitudi
ne & latitudine: quã grocisie & subtilitate: forma & figura vestimẽtoꝝ ipsoꝝ:
quimo adeo huiõi adinuẽtiões & q̃stiões ppa exercuere licẽtia: vt ex eisdem
fratrib⁹ aliq̃: habit⁹ ppterea curtos.strictos.inusitatos: & squalidos: nouita
te plenos: ac dissidij nõ ignaros: cũ a cõmunitate ordinis discreparent assu-
merẽt: nec eos ad ministroꝝ.custodũ & guardianoꝝ eorundẽ mãdatũ req-
siti deponerẽt: nec alios: put eiusdẽ ordinis cõmunitas deferebat habitus:
iuxta eorundẽ ministroꝝ.custodũ: & guardianoꝝ arbitriũ occurrẽt resumẽ
dos: dicẽtes in hoc eorũdem platoꝝ suoꝝ nõ parendũ fore arbitrio: cũ & suũ
sic despectũ: & regularẽ: & crucisormẽ assererent: ceteroꝝ vero supfluum habi
tum: irregularẽq̃ censerẽt: nec huic eoꝝ opinioni pfati clemẽtis declaratio-
nem sepius repetitã obesse: nam lz ministris.custodib⁹: & guardianis prefa-
tis vestiũ vilitatis detur in illa iudiciũ. Tamẽ inibi cõseq̃tur adiungit: ita
tñ q̃ vilitatẽ in vestib⁹ seruẽt: psertim cũ & in declaratiõe pdicti Nicolai di
catur: q̃ semp in eisdẽ fratrib⁹ & eoꝝ actib⁹: paupertas sancta reluceat: pout ip-
sis ex eoꝝ regula iuenit indicta: ac in cõstitutionibus eiusdẽ ordinis generã-
libus caueat: vt asserũt: q̃ in oĩbus q̃ ad habitũ fratrum expectant: reluceat
semp asperitas.vilitas: & paupertas: vnde cũ nec paupertatis.asperitatis: vel vi-
litatis oblate p ministros: & custodes: & guardianos vestes existerent: nec ipso
rum supioꝝ ordinis sui in deponẽdo vestes quas gererẽt: nec in reassumen-
do quas darẽt: seq̃ iudiciũ vllatenus tenebant. Generali ministro: & ceteris
fratrib⁹ q̃ p cõitate eiusdẽ ordinis aderãt: suis rõnib⁹: quas breuitatis cau
sa omittimus: cõtrariũ asserentib⁹ ex aduerso: put hec & alia hincinde coraz
nob & eisdẽ fratrib⁹ nr̃is: scripto lecta: verboq̃z fuere pposita: ac ẽt corã aliq
bus ex fratrib⁹ nr̃is pdictis sup hoc deputatis a nob: psertim p aliquos ex
fratrib⁹ dicti ordinis q̃ in pdictis cõitati aduersabant: fuerũt eadẽ pluries
repetita. Quo circa: nos seriosi⁹ rõnib⁹ pdictis auditis: & alijs: illisq̃z pleni⁹
intellectis: volẽtes ppetuũ pfato finẽ dare negocio: de pdictoꝝ fratrũ nroꝝ
cõsilio declaram⁹: & dicim⁹: q̃ cũ: sicut supra ptangit: dicat in regula: q̃ frẽs
oẽs vestimẽtis vilib⁹ induant: & cũ vilitatẽ huiõi vestiũ: tam habitus q̃z in-
terioꝝ tunicaꝝ: illã pfatus clemẽs intelligi debere decreuerit: q̃ scd̃m cõsue-
tudinẽ vel cõditionẽ patrie debeat quantũ ad colorẽ panni: & preciũ: vilitas
merito reputari: atq̃z cõseq̃nter huiõi vilitatis iudiciũ ministris.custodib⁹:
seu guardianis pdictis: ipsoꝝ sup hoc cõscientias onerãdo duxerit cõmitten
dum: put in eiusdẽ clemẽtis lr̃is sup hoc cõfectis plenius continet: eorundẽ

ministroꝝ. custodum:seu guardianoꝝ eodē modo iudicio est relictũ. Nos-
q3 nihilomin⁹ p̄fatoꝝ ministroꝝ. custodum:ꝛ guardianoꝝ iudicio presen-
tium auctoritate cōmittimus determinare:vc3 arbitrari:ac p̄cipe:cui⁹ lon-
gitudinis.latitudinis.grossiciei:ꝛ subtilitatis:forme siue figure:atq3 similiũ
accidentiũ esse debeant tam habit⁹ ipsoꝝ q3 capucia:q3 interiores tunice:qb⁹
fratres oēs dicti minorũ ordinis induant:ac insup cui⁹ quanteq3 vilitatis
iudui eos ipsis vestimētis oporteat:ꝛ an in vestimētis hmōi:scdm regulā ꝛ
declarationes eorũdem p̄decessoꝝ nroꝝ:ꝛ p̄fatas ordinis constitutiones:re-
luceat asperitas. vilitas:ꝛ paupertas:vtrũ ve quantũ ad colorē.preciũ. vilita-
tem.paupertatem quoq3:ac cetera accidētia supradicta:fratres vestimētis in-
duātur vt debent:sup qbus eorũdem ministroꝝ.custodũ:ꝛ guardianorum
cōscientias oneramus:statuentes ꝛ districte p̄cipiendo mandantes:quatenus
in p̄dictis:ꝛ ijs similibus:eoꝝ arbitriũ.determinationē:siue iudiciũ:genera
lis qdem:in totius: prouincialium vo:in puinciarũ ministroꝝ:ac custodũ:ꝛ
guardianoꝝ administrationib⁹.custodijs:ꝛ guardianijs siue cōuentib⁹ ordi
nis memorati cōmissis eisdē:frēs oēs ꝛ singuli seq oīmode:illisq3 parere p
oīa teneant:ac insup:q3 illoꝝ sequndo arbitriũ determinationē:siue iudiciũ:
illisq3 parēdo:nec sint:nec dici possint vel debeāt:nec ipsi seipsos autument
siue regle:vel cōstitutionũ sui ordinis trāsgressores:maxime cũ nec expsse vel
determinate in p̄dicta fratrũ minoꝝ dicat regla:vl declarationibus antedi-
ctis:quāte lōgitudinis:quāteq3 latitudinis:quāte grossiciei vl subtilitatis:
qualis forme:qualisue figure hmōi debeāt eē vestes:sicut nec qualis:quante
q3 vilitatis eas esse oporteat:expmit in eadē:sic quodāmodo eadē3 vrgente
necessitate:qtate nō impari:vo sensu:veroq3 id regle suadentib⁹ itellectu:
eiusdē clemētis inherētes vestigijs:p̄fatoꝝ ministroꝝ.custodũ:ꝛ guardiano
rum in p̄dictis bonumq3 similibus fore iudiciũ:declarare compellimur:illaq3
eis:vt p̄dicit:cōmittere inuitamur. Non enĩ particulariũ oīm certa pōt dari
scientia:neq3 bonum:cũ infinita sint:ptingit fieri disciplinam. Non ars:nō
regla circũstantias singlas:accidentiaq3 cũcta complectit. Habent i illis mi
nores subesse maiorib⁹:illis obseq:illisq3 itendere:non i certis solũ:verũetiā
in dubijs ꝛ icertis p̄sunt artibus qbus obediant:p̄sunt regulis qbus obtē-
perent disciplinis:vt illarum finis egregius:debitis subsequentibus mini-
stris subsequatur. Sic iudicās cũcta rimatur ꝛ discutit:leges applicat casi-
bus:canonũ decreta secernit. Sic morbus aggrauans medicum:sic vtus cō
stans i medio:sapientē prudentemq3 deposcit:ne si qsq3 regatur vt appetit:
cōsiliũ corruat:vt non querit:neq3 taliter conuenientibus:non ordo sed
horror inhabitet adsit(quod absit)discordia religans religio relegetur:senten-
tie namq3 variātur vt capita:ꝛ crescit i stolidis opiniōibus fantasia. ¶Eo-
dem modo:eidē quodammodo rōnibus initati:cum prefatoꝝ ministroꝝ:
ꝛ custodum:sub certa forma:simul.s.ꝛ seperatim i suis administratiōibus
ꝛ custodijs:cum guardiani ꝛ duorum de conuentu loci discretorum sacer
dotum ꝛ antiquorum i ordine fratrũ consilio ꝛ assensu p̄fatus clemens iu-
dicio duxerit relinquendũ:an sit multũ credibile:ꝛ iam expertis:q3 frēs ipsi Ar.ij. qnō possit frēs face re puisionez in futurum.
absq3 granarijs ꝛ cellarijs nō possint vite necessaria inuenire:quo casu grana

ria ⁊ cellaria: ꝯgregationes ⁊ obseruationes hmōi eis ipse concessit: prout in
p̄dictis eiusdem clemētis l̄ris plenius continet̄: nos de p̄fatoꝝ fratrū nr̄oꝝ
consilio: eorūdem ministroꝝ: ⁊ custodū: sub eadē forma: iudicio p̄sentium
auctoritate ꝯmittimꝰ determinare: vel arbitrari: atq; p̄cipere eo casu: qualr̄.
vbi. quādo. quomodo: ⁊ quotiens granū. panē: ⁊ vinū ꝓ vite fratrū necessa
rijs: frēs ipsi q̄rere debeant: ꝯseruare siue reponere: etiā si reponenda sint in
p̄dictis granarijs ⁊ cellarijs ꝯseruanda: statuētes ⁊ districte p̄cipiētes mādā-
mus: q̄d in p̄dictis: ⁊ in his similibus: eorūdem arbitriū: determinatiōem:
siue iudiciū: generalis q̄dem: in totꝰ: ꝓuincialiū vero: in ꝓuinciaꝝ ministro
rū ac custodū: simul ⁊ separatim in administrationibus ⁊ custodijs ordinis
memorati cōmissis eisdē: cū guardiani tn̄ (vt supra d̄r) ⁊ duoꝝ de conuentu
discretoꝝ loci sacerdotū ⁊ antiquoꝝ in ordine frm̄ consilio ⁊ assensu: frēs
oēs ⁊ singuli seq̄ omnimode: illisq; parere ꝑ oīa teneant̄: ac insup: q̄d illorū
sc̄d̄m arbitriū. determinationē: siue iudiciū: illisq; parendo: nec sint: nec
dici possint: vel debeāt: nec ipsi seipsos autumēt sue regl'e: vel ꝯstitutionum
sui ordinis trāsgressores. Ideoq; oēs ⁊ singulos frēs antedicti ordinis mi-
noꝝ: q̄ strictos. curtos: ⁊ disformes habitꝰ: ab ipsiꝰ generalis ministri: ⁊ alio
rū frm̄ de dicta cōmunitate habitibꝰ: corā nob̄ ⁊ fratribꝰ nr̄is: vel alias i ro-
mana curia detulerūt vel deferūt: monemꝰ ⁊ hortamur i dn̄o: ⁊ eis nihilomi-
nus i v̄tute obedientie: ac sub excōicationis pena ꝑ apostolica scripta man
dantes: quatenꝰ ad mandatū ipsiꝰ gn̄alis deponāt quos deferūt habitus: et
alijs: iuxta ipsiꝰ gn̄alis arbitriū. determinationē: siue iudiciū: vt supra d̄r: in
duant̄: p̄fatoq; gn̄ali i oībꝰ istis ⁊ alijs ꝑ oīa: sc̄d̄m btī Francisci regulā: ⁊ pre-
dictas p̄decessoꝝ nr̄oꝝ declaratiōes. ꝯcessiōes: ⁊ cōmissiones: i ipsis declara
tionibꝰ cōp̄hensas: ⁊ nr̄as ꝯtentas in p̄sentibꝰ: hūiliter obediāt. pareāt: et
intēdant: nō obstantibꝰ q̄buscūq; ꝑuilegijs. idulgentijs. l̄ris. libertatibus.
inmunitatibꝰ: vel exemptionibꝰ eis vel a'icui ipsoꝝ a p̄fato Clemente con
cessis: vel appellationibꝰ ab eis. vel ipsoꝝ aliquo ad sedē apostolicam inter-
iectis: q̄ in quantū possent derogare p̄sentibꝰ iuribꝰ vacuamus. Religio
namq; perimit̄: si a meritoria subditi obediētia subtrahant̄. Magna q̄dē
paupertas: sed maior itegritas: bonūq; obediētia maximū: si custodiat̄ illesa.
Nam p̄ma rebꝰ sc̄da carni: tertia vero menti dn̄atur ⁊ aīo: quos velut effre
nos ⁊ liberos: ditioni alteriꝰ hūili iugo ꝓp̄e volūtatis astrīgit. Ad hanc er
go fratres p̄dicti: non iuiti: sed sponte redeāt: hāc velit ⁊ appetāt: hanc ma-
gnis desiderijs ꝯcupiscant. Illudq; votis canticoꝝ igeminent: osculetur me
osculo oris sui: charitatis vtiq; ⁊ dilectionis: religionis hmōi obediētia san
cta purificans. Nam meliora sunt vbera tua p̄ceptoꝝ. s. ⁊ consilioꝝ: velut
q̄dam nutrientia pocula vino: vnguētis optimis: scz bone fame: fragrantia
suauitatis odorem. Nec formident hi ad obediētiam ordis: deo auctore: dū
redeūt: nam p̄latos suos (vt firmiter speramꝰ eisq; iniūgimus) sibi benig-
nos ⁊ mites iuenient: ceteros dulces atq; palpabiles: cū sint ⁊ esse debeāt oēs
⁊ singuli fratres i xp̄o clamitent. Quis mihi det fratrem meum: cōmuni. s.
beato francisco congenitū: suggentē vbera matris nostre: religionis vtiq; ⁊
ꝓfessionis eiusdem: velut matris: cōtemplationis ⁊ āctōnis suauia ⁊ dulcia

pocula: vt inueniam te foris: ab eiusdē obseruantijs quodāmodo disparē: et desperuler: blande vero intra charitatis viscera te amplexāe. Et iam me: nemo te, nemo despiciat: pfecto quos foris positos: multi: ac si diuisos et dissidentes forsasse desperarēt: tu: intus: putā infra dilectionis interne pcordia et cōformes obseruātie claustra repositos: iam nemo despiciat. Sed suscipientes eosdem dulcedine: quisqz digne laudibus efferat et susceptos. Nulli ergo omnino hoim liceat: hanc paginam nostre declarationis. commissionis: et constitutionis. mandati. monitionis: et vacuationis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem. etc. Datum Auinioni: nonis octobris pontificatus nostri. Anno secundo.

Notandum: q ultra suprascriptas — Collector.

tres fratrū minoꝝ pontificū regule declaratiōes: sunt alie quattuor ab alijs summis pontificibus: vcz Gregorio. ix. Innocētio. iiij. Alexandro. iiij. et Gregorio. x. edite. Sed quia oia in hmōi quattuor declarationib⁹ contēta: tribus exceptis: in declaratiōe Nicolai. iij. ptinent et reliqua ibi posita annullata sunt: idcirco ob supfluitatē vitandā omissa sunt. Tria ṽo illa sunt ista. De incorregibiliū correctiōe. De cōformitate i officio diuino exoluendo extra domos nrās cū clericis et alijs religiosis. Ne teneamur recurrere ad ministros in casib⁹ reseruatis: pterq̄ in publicis. Sed quo ad istas non est opus dictis declaratiōib⁹. Nam quo ad pmū recurrēdū est ad mare magnum: et ad quodā breue Alexādri. vj. Alterū de conformitate in officio diuino: extē sius habetur in quadā alia bulla. Quo ad aliud de casib⁹ reseruatis: recurrendū est ad statuta generalia ordinis: q̄ in hoc libello infra ponuntur.

Incipit expositio quattuor magistrorum super regulam fratrum minorum.

Prologus.



Euerendo in xpo patri nr̄i. A. ordinis minoꝝ frm ḡnali ministro ceterisqz diffinitorib⁹ in ca. pgregatis: frater Gaufred⁹ custos parisiēsis: frater Alexāder de ales: frater Jo. de rupella: frater Robertus de bastia: et frater Ricard⁹ reuerētiā debitā et deuotā. Judicio examinationis et discretiōis vr̄e referim⁹ ea q̄ dn̄o docēte circa itellectū r̄le: iuxta paupertatis nr̄e modulū pcepim⁹ fm iniūctā nob obediētiā in puinciali capitulo: iuxta hoc qd in pcedēti caplo diffinitoꝝ fuerat ordinatū. Nouā aūt expositionē vel glosaturā circa regulā nō astruim⁹: sicut a qbusdā intētiōis pure dānatorib⁹: et zelū suū in aiaꝝ piculū suaꝝ: et frm scādalū puertētib⁹ pdicatur: immo simpliciter et pure intellectū ipi⁹ regle: q̄ oēs nos ligat et cuius ignorātia nullū excusat: nō ex nr̄o sensu: sz ex ipsa lr̄a: vt potuim⁹: extrahentes fm iniūctā nob obediētiā: iudicio vr̄o dirigim⁹ iudicādū: vr̄e sententie plusqz nr̄o sensui in his et in alijs innitentes: interptationē: si alicubi necessaria fuerit: sedi apostolice reseruantes. Explicit plogus.

¶ Capitulum primum.

Regula ⁊ vita minorum frm̃ hec est. s. dn̄i nr̄i iesu xp̄i. s. e. obſuare. Sup hoc in expositione apostolica determinat q̃stio facta a frib⁹: vtz vtruz ad aliq̃ ↄsilia euãgelij q̃ in regula nõ ponunt: fr̃es ex ꝓfessione regule teneātur. Et breuiter rñdetur ibi: ꝙ nõ: nisi ad ea q̃ in ipsa regula se obligauerũt. Ad cetera ꝟo: sicut xp̄iani ceteri. Et eo magis de bono ⁊ equo: quo se obtulerunt holocaustuz dño medullatuz. ¶ Sed adhuc q̃ret aliqs: q̃ sũt ista consilia: ad q̃ fr̃es ex regula obligãtur? Sz illud videtur exp̄ssuz ex intẽtiõe beati frã. exp̄ssa in testamento ꝙ scripsit ad hoc ꝙ fr̃es regulã sp̄ũalib⁹ obſuarent: vbi dicit. Ipe altissim⁹ reuelauit mihi: ꝙ ego deberẽ viuere ſm formã sancti euãg. Et ego eã paucis ac simplicib⁹ verb feci scribi. Ex hoc determinasse videt quãtũ ad qd scm̃ euãgeliuz fuerat obseruãduz: q2 sez quãtum ad ea q̃ simpliciter fecit scribi. Ad ↄsilia igit euãgelica: ad q̃ ꝟba q̃ scribunt in regula ligãt fr̃es. Un̄ videt ista regula sentẽtie nõ ad alia ꝑtinere.

¶ Capitulum secundum.

Si q̃ voluerint hãc vi. ac. ⁊ ve. ad fr̃es. n. ⁊c. Querit aliqs. Sicut circa regulã sue ꝓfessionis q̃rere solent aliq: vtrũ illud sit instructio vel p̄ceptũ? Qđ si dicat eẽ p̄ceptũ: fr̃es peccare mortaliter ↄuincuntur: si quemlibet religionẽ nr̃az petentẽ nõ mittãt ad ministros: qđ null⁹ ausus ẽ dicere. Videt ergo scđz instructionẽ: non p̄ceptũ dici. Attẽdẽdũ ergo erit in regula q̃ dr̄ scđm instructionẽ: q̃ scđm ↄsiliũ: ⁊ q̃ scđm p̄ceptũ. Itẽ dictuz scđm instructionẽ: dictũ videt dupliciter. Nã aliq̃n instruimur in ijs q̃ tenemur obseruare. Quale est illud qđ dictũ est in ca. p̄cedenti. Regula ⁊ vita ⁊c. Aliq̃n ꝟo in hoc ꝙ pensatis locis ⁊ circũstãtijs vtile est, p locis ⁊ tpib⁹ obseruare. Ut in p̄senti cap̄. d. ꝙ fr̃es ad suos ꝓuinciales ministros mittãt suã religionẽ volentes intrare. ⁊c. ¶ Sequtur. Quib⁹ solũmodo ⁊ nõ a. re. fr̃es li. ↄced. ⁊c. Cõstat ꝙ hoc di scđz p̄ceptũ. In hoc enĩ ꝙ recipiẽdi fr̃es solis ministris licẽtia ↄcedit: ceteris om̃ib⁹ interdicitur. Tñ fuit circa istuz articuluz a frib⁹ dubitatũ. Utz hec licẽtia possit ↄcedi vicarijs ministrorũ ab eisdẽ cũ vadunt ad capl̄m gñale? Et ap̄lica expositio dicit ꝙ non: q2 nec hoc ipsis ministris p̄mittit: nisi eis sup hoc specialis licentia ↄcedatur: qbus gñalis minister sicut ↄcedere: sic ⁊ negare poterit licentiã supradictã. Cũ tñ ante expositionẽ habitã: ipi ministri ex hoc caplo auctoritatẽ ordinariã recipiendi fr̃es se hr̃e putarent. In quo articulo v̄ detur expositio intellectuz regule coarctare. Et postmoduz obtentuz fuit ꝓuilegiuz circa istũ articulũ: p qđ nõ solũ ministris recipiendi fr̃es licentia ↄceditur: sz ẽt ptãs concedendi alijs: ↄcurrentib⁹ causis q̃ in ipo ꝓuilegio ↄtinetur. Fuit ẽt circa istum articulum adinuentuz piuz sophisma, ꝓpter vtilitatez ordinis: ⁊ salutez aiaꝝ. Ut cuz minister non possit hr̃i: ⁊ aliqua valde vtilis ꝑsona peteret ordinez: ꝙ sine intentione recipiendi a frib⁹ habit⁹ ↄcedebatur. Sup qb⁹ maliuoli homines nos infamãt: ⁊ qđ ꝓuilegiuz sit: fr̃es q̃plurimi dubitãt. Nam si apostolica expositio teneatur: nõ erit sine magno detrimento religiõis. Nã ad ministrũ mitti nõ p̄nt ꝑsone vtiles q̃ ordinẽ petunt: ⁊ aduentum ministri nolunt multotiens expectare. Si ꝟo ꝓuilegium teneatur: obijciunt nob ma

liuosq̃ regulā ⁊ expositionem regule nouerunt: ꝙ p ꝓuilegia impetrata ad
suaz vtilitatē regulā relaxam⁹. Insup nō videtur secuꝝ aliq̃b⁹ frib⁹ recede
re ab intentiōe regule quā voluerunt: obtētu alicui⁹ ꝓuilegij impetrati: q̄m
insup consimili modo timent in posteꝝ corrumpere regule ꝑitatem. Nā si-
cut ab intentione regule receditur in pn̄ti capitulo obtentu ꝓuilegij impetra
ti: ⁊ hoc ꝓpter euidentez vtilitatez: in hoc casu dispēsatiōe apostolica suffra-
gāte: ita ꝓpter manifestā q̄ alicui videbitur necessitatez: vel vtilitatez potest
ꝓuilegia contra alios articulos regl'e impetrari. Si ergo p̄dicta pietate fres
sicut consueuerūt: sophismate accōmodatiōis habit⁹ vti velint: arguuntur
vmplr̄ nec apud maledicos infamia nob obiecta de ꝑuaricatione regule cō
sopitur. Propterea discretio vr̄a attēdat qualiter sit circa istū articulū: quā-
tū ad ꝯscientiā: ⁊ quātū ad famā ordinis ꝓuidēdū. Videt̄ em̄ aliq̃b⁹ ꝙ si p̄-
dict⁹ articul⁹ interp̄tatiōe apostolica de ordinaria p̄tāte: vel auctoritate fres
recipiēdi itelligeret̄: ꝙ salua eēt intētio regule: q: hoc mō ālte expositionē cre
debat. Et tūc moderamine adhibito p statutū gn̄alis capitl'i: possent ministri
sine offensa discretis frib⁹ demādare: iuxta tenorē ꝓuilegij ipetrati: ⁊ tūc oīa
salua eēnt. ¶ Seq̄t. Ministri ꝟo dili. exa. e. de fide ca. ⁊c. ¶ Determinādum
esset a sede apostolica vtꝝ hoc sit ꝯsiliū vel p̄ceptū: Sz plan⁹ ē intellect⁹ vsq̃z
ad illuz locuz. Caueāt fres ⁊ e. mi. ⁊c. Visuz fuit frib⁹ ex hoc loco: regulā fri
bus interdixisse sollicitudinē ⁊ ꝯsiliuz distributiōis reꝝ: sz nō ꝯsiliuz eligē-
di ꝑsonā iuuentē deniq̃ cuius ꝯsiliuz bōa sua paupib⁹ erogentur. Videtur
ministris ⁊ frib⁹ ꝓhibuisse: sollicitudinē cupiditatis: ⁊ ꝯsiliuz q̄ libertas ve
nientiū ad ordinē in dispositiōe suaꝝ reꝝ posset aliq̄ten⁹ impediri. Vn̄ dr̄ vt
libere fa. d. re. s. q cqd dn̄s i. s. eis. Et dicit ministris qd faciēt si ꝯsiliū req̄rat̄.
¶ Seq̄t. Postea cō. eis pa. ꝓbationis ⁊c. ¶ Hic q̄ritur si liceat fri h̄re duas tu An liceat fri
nicas: vel plura vestimenta? An qd videtur dicendū: ꝙ h̄re duas tunicas ⁊ bus h̄re du-
nō plures: regularis est forme: plures ꝟo duabus h̄re: dispensationis ē regu as tunicas vl
le: auctoritate illoꝝ qb⁹ ē ꝯmissa cura frm̄. Vn̄ ⁊ de frib⁹ inducēdis dr̄ ifra: ꝙ plures.
ministri solli. curā. ge. ⁊c. ¶ Seq̄t. Finito ꝟo āno ꝓbationis re. a d. o. ¶ Hic
q̄ritur an guardiani ⁊ custodes possint fres recipe ad obedientiā: q: licitū ē
qd nulla lege ꝓhibetur? Cū ergo nō sit ꝓhibita eis receptio ad ꝓfessionez ex
regula: videtur esse ꝯcessa: ⁊ hāc etiā habuerunt nonnulli. Sz ecōtra. Si qd
minus est p̄ma. s. frm̄ receptio: ordinatione ⁊ auctoritate sit eis penitus inter
dictū: ꝙ ꝯsequens nec qd mai⁹ ē. s. receptio ad ꝓfessionē ex regula videt̄ eis eē cō-
cessuz. Qd si teneat̄ ꝙ custodes nō recipiāt āno ꝓbationis finito: continget
multotiens magnū ꝑiculū animaꝝ: ⁊ ordinis detrimentuz. Propterea salua
intentione ⁊ ꝟbis regule: q̄ circa hec indifferenter se h̄nt: expediens videt̄: ꝙ
custodes absente ministro possint fres recipe ad societatem ꝓfessoꝝ. Mini-
stri ꝟo cū venerint recipiāt eos ad obediētiā ꝓfessoꝝ. ¶ Seq̄t. Et nullo mō
licebit eis ⁊c. ¶ Videtur ex hoc scrupul⁹ dubitatiōis oriri. Utrum pestiferi
possint licite post ꝓfessionez a religione expelli? Qd non esse licitum qdā ar-
guunt ex hoc loco. Sz manifestū est ꝙ nō ꝓhibet̄ expulsio puerꝫ. s. absci-
sio putridoꝝ mēbroꝝ illis qbus cura corꝑis est ꝯmissa. Sz exitus a religio-
nis ꝓfessis interdicit̄ vniuersis. Videtur et p ꝯuertētiā regule nec licitū nec

cōcessū z vt lr̄e dimissorie dētur eiectis: sed pn̄t dari lr̄e notificationis expulsiōis eoꝝ. Tn̄ sup hoc aplica decretalis videt̄ nos coarctare: nō solū vt non expellant̄ puerti: sꝫ ēt vt exgrat̄ a suis pastorib⁹ ī religiōe quā ꝓfessi sunt penitentiā facturi. Vn̄ necessariū erit vt aplica īterꝑtatio q̄rat̄: vtrū illa decretalis nos liget: q2 nō possum⁹ tales ī locis nr̄is tenere: nec ī necessarijs sustentare. ¶ Seqt̄. Et q necessitate cogūt̄ po. por. cal. ꝛc. ℭ Solēt q̄rere frēs: qd dicat̄ posse: qd necessitas: ꝛ qd calciamēta? Utꝝ etiā solee ꝛ calige coopiētes tibias tn̄ dicāt̄ calciamēta? ꝛ an calciari sit ꝓhibitio regule? Ad qḋ dicēdum videt̄: ꝙ posse: licere dicat̄: iuxta illḋ. Hoc solū possum⁹: qḋ de iure possumus. Necessitas ℘o nō determinat̄ vno mō: sꝫ plurib⁹ modis. Aliqñ ℘o determinat̄ ſm statū ꝑsone: q2 debilis vel īfirma. Aliqñ ſm tp̄s: q2 vehemēs frig⁹ ē. Aliqñ ſm locū: q2 nudis pedib⁹ nō pōt sine detrimēto trāsiri. Aliqñ ſm iter offm̄ iniūctū: q2 nō possit sine detrimēto ꝑsone vel cause ꝓpter quā iniūctū ē ꝑfici. Calciamētū dici nō pōt ꝓpe nisi qḋ opit pedes. Nec calige trūcate inter calciamēta deputari vident̄. Calciari ℘o dispēsatiōis ē regle ī necessitate: nō calciari ℘o: regularis ē forma vite. Videt̄ tn̄ alijs: ꝙ oē quod ad calciamentū ꝑtinet: dispēsatiōis ē minoris vt ī soleis: aut maioris vt ī soleis ꝛ caligis: aut maxime vt ī sotularib⁹ ꝛ caligis. ¶ Seqt̄. Et frēs oēs vestimētis vili. in. ꝛc. ¶ Querit̄ qd dicat̄ vestimētū vile? Et ſm itellectū rl̄e vilitas attēdit̄ ī ꝑcio pariter ꝛ colore: sꝫ estimationē hoīz regiōis ī q̄ frēs morāt̄.

Capitulum tertium.

Clerici. fa. di. of. ꝛc. volūt dicere aliq frēs ꝙ istud denotat diuinum officiū ſm ordinē romāe ecclesie: ſm quē differt breuiariū nocturnū ꝛ diurnū. Vn̄ volūt dicere ꝙ vtrūqꝫ breuiariū. s. diurnū qḋ ē missale: ꝛ nocturnū qḋ est horaꝝ: respicit qḋ dr̄. Ex quo. vꝫ tp̄e potest hr̄e breuiaria. Sup hoc nr̄m nō ē diffinire: sꝫ hoc vel aliqd aliud sit dicēdū. Itē cū leuitas sit ī nob maxime reprobāda: ꝛ frēs multi ꝓniores sint ad ociuꝫ q̄ ad orōnē: ꝛ ī paucis locis cōparatiōe partis residue sint studentes: ꝛ frēs clerici ad faciēdū offm̄ diuinū. s. ro. ec. tenēat̄: mutatio facta officij multꝫ grauat. Tū q2 possum⁹ argui leuitatis a tp̄e ꝯstitutiōis rl̄e officio ter mutato: nec occasionē ocij frīb⁹ ꝑstare ē securꝫ. nec aliquo mō expedit a breuiario frībus q studēt qb⁹ sciētie occupatio ē salubris: nec p ꝑuilegiū īpetratū ab obligatiōe regule sint securi: nisi de officio mutato qḋ fit ſm ordinē ro. ec. ꝯstiterit euidēter. ¶ Seqt̄. Et ieiunēt a festo oīz. s. ꝛc. Quidā abusiue de hoc articulo qḋ infra dr̄: de oīb⁹ cibisq ap. e. li. mādūcare: dicūt: ꝙ pn̄t ī carnib⁹ ieiunare. Qḋ quante abusiōis sit: ꝑꝫ cuilibet. Ieiunēt ergo dꝫ itelligi: cibo ieiunātiū: ſm ꝯsuetudinē hoīz: ꝛ maxime religiosoꝝ terre ī qua morāt̄. ℭ Seqt̄. Alijs aūt tē. nō te ꝛc. Volūt qdā ex hoc dicere: ꝙ nō tenēt̄ ieiunare ī q̄tuor tp̄ib⁹: sine in alijs ieiunijs gn̄alr̄ ab ecclesia īstitutis. Sꝫ sicut religio frm̄ minorꝫ nō aufert mihi xp̄ianitatē: sic nec tollit mihi ieiuniū xp̄ianoꝝ. Nō igit̄ predicta exceptiōe ieiunia ecclesie excludūt̄. ¶ Sequr. Tp̄e ℘o ma. ne. non. te. ꝛc. ℭ Querit̄ hic qd dicat̄ illa manifesta necessitas: q̄ a ieiūio nos absoluit? Et intelligendū est hec necessitas nō vno mō: sꝫ multis modis. Contingit em̄ necessitas comedēdi. Aliqñ rōne etatis. Aliqñ rōne infirmitatis: vel debili-

De calciamē tis quō ꝛ quō liceat portare.

tatis. Aliqñ rōne laboris. Aliqñ rōne sustētatiōis. ¶ Seqt. In quācūqȝ do. intra .p.vi.par huic do. ⁊c. Iste articulus videtur dicere scd̄m monitionē. nō scd̄m pceptū. ¶ Seqtur. Et scd̄m. s. euāge. de oibus cibis ⁊c. Cōstat q̄ istud est concessionis. Unde habemus ex regula q̄dam concessionis: quedā instructionis: q̄dam admonitionis: q̄dā m pceptionis.

Capitulum quartum.

Precipio vt firmiter fra. v. vt nullo mō dena. vel pe. re. ⁊c. Hic ē. q. necessaria. Quid dicat pecunia? Nā cōstat q̄ pecunia dicit aliud q̄ȝ denarius. Quid etiā sit recipe p̄ se vel p̄ inter. p̄so? Ad p̄mū p̄ interp̄tationē dicit ꝯstitutio antiqua: pecuniā esse q̄cq̄d recipit vt vēdat. Unde li bri ⁊ calices: si reciperētur intētiōe vt auctoritate frm̄ postmodū vēderētur: inter pecuniā cōputant̄. q̄ intētio denarioꝝ est in sic recipiēte: q̄ȝ qd̄ vendit: denarijs vēdit. Sȝ cū in p̄nti caplo ꝓhibeat receptio reꝝ quarū frēs nō p̄nt hr̄e vsuȝ: visuȝ aliq̄b⁹ ē: q̄ sit aliquaꝝ reꝝ tāgi p̄ denarios ⁊ pecuniā. Preterea visuȝ fuit aliq̄b⁹: denarios ꝯstitui i pecuniā nūeratā: pecuniā ꝟo dici oēȝ illā rē qua solēt vti hoīes cū opportunū ē ad p̄ciū reꝝ emēdaꝝ: vt auꝝ: argētū: ⁊ si qd̄ tale sit quo p̄ denarijs ad p̄ciū reꝝ emēdaꝝ hoīes vterēt. Aliq̄bus ꝟo visuȝ ē: in ꝓhibitiōe receptiōis pecunie: oīs rei receptionē ꝓhiberi q̄ ad vsuȝ necessariū nō recipit. Alioq̄n videt̄ q̄ possim⁹ recipe nō intētiōe vendēdi: pānū. vestes. bladū: gēmas ⁊ tp̄e necessitatis nō vēdere: sȝ ꝓ alijs reb⁹ vt libris ⁊ victualib⁹ cōmutare. Prohiberi ergo videt̄ receptio reꝝ ad vendēdū. cōmutādū: ⁊ ad thesaurizādū: q̄ȝ i oīb⁹ istis rei possessio vl' ꝓp̄etas declarat̄. Isti ꝟo capl'a r'e nō distinguūt: nec ꝓhibitiōes. Cōstat em̄ q̄ in seq̄nti caplo oīs rei ꝓp̄etas interdicit̄: sȝ nō vs⁹. In p̄nti ꝟo caplo q̄rūdā reꝝ: q̄ noīe denarioꝝ designāt̄: oīno vs⁹ ⁊ ꝓp̄etas ꝓhibet̄. Sȝ ꝯ iura pecūia ē: q̄cq̄d aspiciat̄ nūerata pecūia: vt aliq̄d emat̄. Nā ꝓp̄e qd̄ emit̄: p̄cio nūerate pecūie emit̄. Sȝ si spēs alicui⁹ rei ꝓ spē alteri⁹ rei dat̄: cōmutatio ē: nō emptio. Si ꝟo taxet̄ vel estimet̄ ꝓ nūerata pecūia: vel ꝓ alia re dc̄: emptio ē: q̄ ꝓp̄e non ꝯtrahit̄ nisi pecūia mediāte. Videt̄ ergo hoc ꝓhiberi receptio denarioꝝ: et quarūlibet reꝝ q̄ accipent̄ ad p̄ciū reꝝ vēdēdaꝝ. ¶ Quid sit recipe pecuniā q̄rit̄? Nā q̄dā res recipiūt̄ in ꝓp̄etatē ⁊ nō i vsuȝ: q̄dā in vsuȝ sȝ nō in ꝓp̄etatē: q̄dā ꝟo in vsuȝ ⁊ ꝓp̄etatē. Dicēdū ergo q̄ receptio cuiuslibȝ rei ꝓhibetur fri minori in ꝓp̄etatē: infra ca. vi. Receptio ꝟo reꝝ aliq̄ꝝ: ꝯceditur ad vsuȝ. Receptio aūt denarioꝝ ⁊ pecuniaꝝ: ⁊ q̄ntū ad ꝓp̄etatē: ⁊ q̄ntū ad vsū ꝓhibet̄ oīno: ⁊ p̄ se ⁊ p̄ interpositā p̄sonā. ¶ Querit̄ qd̄ sit recipe p̄ se vel iter positā p̄sonā? Per se pecuniā recipe: ē pecuniā ad ꝯuertēdū in suos vs⁹ accipere. Recipe ꝟo p̄ interpositā p̄sonā est: sua auctoritate aliuȝ substituere ad recipien̄. pecuniā in vs⁹ ꝓp̄os ꝯuertēdā. ¶ Circa hoc emergūt dubitatiōes de pecūia q̄ ab aliq̄ ꝯfert̄ ad necessitatē frm̄: ⁊ de pecunia alicui cōmissa: (⁊ de pecunia a loco ad locū trāsmissa. Et in his oīb⁹ gn̄alr̄ tenēdū ē: q̄ auctoritate frm̄ nō p̄ōt pecunia cōmitti: nec recipi: nec cōmissa sicut ꝓp̄a repeti vel expendi: nec noīe frm̄ pecunia deponi vel deferri. ¶ Qualiter aūt circa pecuniā q̄ ꝯfert̄: vel ꝓ necessitate p̄nti vel imminēti se debeāt hr̄e frēs: apostolica expositio dicit sufficienter ⁊ exp̄sse. ¶ Qualiter aūt circa pecuniaȝ alicui cō-

Q. p̄ma qd̄ dicat̄ pecūia

Q. ij. qd̄ sit recipe pecuniam.

Q. iij. qd̄ sit recipe pecuniā p̄ se vel p̄ interpositaȝ personam.

nissam ꝓpter necessitatē frm̄ se debeāt hr̄e:In eadē expositione dn̄i pa. dicit ꝙ
possint ad illū ꝓ suis necessitatib⁹ recurrere:ꝛ necessaria sicut a dn̄o recipe.
Hoc excepto fortē ꝙ cōmissari⁹:nec sua:nec frm̄ auctoritate pecuniā a dn̄o
ad aliquē vsū vel necessitatē determinatā:pōt in vsus alios cōmutare:nisi
vbi a dn̄o recepit sup hoc ptātē:vl̄ ei⁹ ad hoc ꝑsumpserit volūtatē.¶ Qualr
ꝟo circa pecuniā trāsmissā ꝑ nūciū q ptātē cōmittēdi alicui a dn̄o nō rece
pit:qd agēdū sit:nō immerito dubitatur?Nā nec ille:nec fr̄es ꝑnt alicui cō
mittere ꝙ sit ꝓcurator pecunie expēdende.Propterea visū ē aliqb⁹ ꝙ esset
auctoritas ꝛ volūtas dn̄i regrēda.Qđ si cōmissiōis mētionē fecerit:vel per
nunciū auctoritatē ꝑmiserit:vel assensū:qđ in hoc fiet ꝑ nunciū:tutū erit.Et
sup hoc eēt aplica expositio regrēda.Utrū aūt ꝯmissari⁹ possit alicui cōmit
tere pecuniā apđ se depositā sm̄ ꝙ expediret frm̄ necessitatib⁹ ꝓuidere:maxi
me q² aliqñ ponit ab extraneo:cui⁹ auctoritate nō pōt aliqñ iterato ꝯmittere
Et videt̄:ꝙ ex quo absolute dn̄s pecuniā frm̄ necessitatib⁹ ꝺstinauit:ꝙ pote
rit alteri ꝯmittere:si nō ꝑsumat ꝺ ꝯtraria dn̄i volūtate.¶ Seqt̄.Tū ꝓ neces
sitatib⁹ ifirmoꝝ.ꝛc.Sꝫ nūqd ꝓ alijs necessitatib⁹ q̄ꝫ ꝓ istis ꝑnt eē solliciti:vt
ꝓ domib⁹ ꝛ libris?Dicēdū ꝙ i expositiōe dn̄i pa. videt̄ ꝙ sic:vbi idistīcte lo
qt̄:qūo ꝓ necessitatib⁹ ꝑnt hr̄e recursū:cui elemosyna ē ꝯmissa.¶ Itē q̄rit̄
ā ministri ꝛ custodes sīt sollici.cu.gerāt:qūo ꝓ ꝓcuratores curā gerit̄:q̄ non
sūt ministri nec custodes?Sꝫ mi.ꝛ custo.debēt sollicitā curā gerere ꝑ aucto
ritatē:alij ꝟo nō:īꝫ debēt solli.cu.ge.ꝑ ministeriū.Et apđ ministros ꝛ custo
des residet auctoritas distribuēdi ꝛ vestes ꝛ alia:sicut op⁹ ē.Guardiani ꝟo
itelligūt̄ sicut mi.ꝛ cus.q² sic solebāt ꝑrimit⁹ noīari.Itē ex hoc ꝙ hic đr solli
citā.cu.gerāt:qdā arguūt:ꝙ sic nō lꝫ:nec ligna:nec caseū:nec leguminā:nec
sal vsqꝫ ad mēsā:vl̄ panē ꝛ vinū ad hebdomadā q̄rere nō liceret.Itē vlte
rius volūt arguere:qđ si ꝑnt ad hebđā:ꝑnt ad mēsē:eadē rōne:ꝛ ad annū
poterūt sibi ꝓuidere.Itē hoc idē arguūt de fructib⁹ q semel ī āno renouāt̄:
ꝑcipue hoc regrēte necessitate.In ꝯtrariū ꝟo ē:q² euāgelica vita nō/nouit ꝓ
uisionē ī crastinū.Unī math.đr.Nolite solliciti eē ī crastinū.Rl̄a aūt frm̄
minoꝝ ē scđm̄ euāgeliū obſuare:ergo nō debēt ī crastinū ꝓuidere.Itē pegri
ni nō ꝓuidēt ī posteꝝ ī locis ꝑ q̄ trāseūt victualia.Sꝫ sicut đr īfra caplo.vj.
ffr̄es tāq̄ꝫ pe.ꝛ adue.debēt ī pau.dn̄o famulari.Itē q̄rit̄ si de qbusdā reb⁹ cō
cedit̄ frib⁹ ꝓuisio:q̄re silr̄ de oīb⁹ alijs necessarijs ꝓuidere nō licebit.Et vi
det̄ ꝑesatis hinc inde sententijs rn̄:ꝙ qđ solū exigēte necessitate ꝑnt sibi fr̄es ī po
steꝝ ꝓuidere:ita tn̄ qđ nec diuturnitate:nec reꝝ q̄ntitate vel q̄litate ī ꝓuisiōe
quā faciūt in reb⁹ sibi necessarijs forma paupertatis excedatur.

Capitulum quintum.

Fratres qbus dedit dn̄s grām laborandi labo.si.ꝛc.¶ Queritur vtrū
istud intelligatur esse pceptum.Et videtur qđ sic ex forma dicendi:ꝛ
ex intētione btī.f.quā in suo testamēto exp̄ssit:vbi dicit.Oēs frēs:vo
lo qđ firmiter laborent ꝛc.Grām ꝟo laborādi dicit artē vel idoneitatē quā
libet:velut donū gratis datū hꝫ a deo.¶ Seqtur.Ita tn̄:qđ ex.oc.ꝛc.Sub
ptextu hui⁹ ꝟbi regule volūt carnales defensare suā ociositatē:ꝛ dicūt in se
extingui orōnis spm̄:cū eis supiora aliquē laborē iniūgūt.Sꝫ oratiōis e

deuotionis sp̄us non d̄r extingui: q̄r non est sollicitatio talis laboris p̄ quā impediātur ab orōnib⁹ b̄m regulā determinatis. ¶ Seq̄tur. De mercede vo laboris. ℞c. ¶ Circa istā partē q̄ritur. An sicut fr̄es recipiūt libros: ⁊ alia q̄b⁹ licite vti p̄nt: possint etiā recip̄e necessaria circa suū artificiū: ⁊ ex eis operari aliq̄d: q̄d postea darēt p̄ corp̄alib⁹ necessitatib⁹ acq̄rēdis: vt p̄gamenum de quo faciūt libros: ⁊ coriū de quo faciūt sotulares: ⁊ hm̄ōi. Quod si diceretur q̄d sic possent sic̄ recip̄e auꝝ ⁊ argētū ⁊ metalla de q̄b⁹ fabricarēt monetā: ⁊ alia p̄ciosa: de q̄b⁹ sibi necessaria cōparēt. Quibusdā indistincte videtur: q̄d nullā p̄nt materiā recip̄e: s; solū suū artificiū in alteri⁹ materia p̄ habendis necessarijs p̄stare. Et hoc p̄pter p̄p̄etatē rei q̄ comitat̄ materiā: q̄ sic recipitur vt vēdatur. Alijs v̄o in materia videtur distinguēdū. Est em̄ q̄dā materia inestimabilis vel inapp̄ciabilis. Uñ si aliq̄s faciat ex tali materia: totuꝫ p̄ciū p̄uenit ei ex arte: sicut in scorijs ⁊ calatis q̄ fiūt ex iūcis: ⁊ hm̄ōi. Et talis materia nulli⁹ boni ē cōputāda. Et dicūt q̄d talē materiā p̄nt accip̄e. Materiā aūt app̄ciabilē: sicut sunt pelles. coria. lane: ⁊ hm̄ōi non p̄nt accip̄e: q̄r coꝝ receptio p̄p̄ietatem inducit.

Capitulum sextum.

Frēs nihil sibi appropient: nec do. nec locū ℞c. Circa partē istā dicit apostolica expositio: q̄d nec in cōi: nec in speciali debēt fr̄es p̄p̄etatē hr̄e. S; vtensiliū ⁊ libroꝝ: ⁊ eoꝝ mobiliū q̄ l; hr̄e: ordo habeat vsum tm̄. Cui⁹ v̄o debeat p̄p̄etas locoꝝ ec̄clsiatis ibi exp̄mitur. S; cui⁹ sit p̄p̄etas alioꝝ mobiliū: ibi nō determinatur: nisi q̄d non p̄nt alienari: aut extra ordinem cōmutari sine ↄ̄sensu vel auctoritate ro. ec. aut cardinalis q̄ fuerit ordinis gubernator. Uidetur aliq̄bus ex hoc q̄rentib⁹ cui⁹ sit mobiliū p̄p̄etas n̄ satisfactū. Alijs v̄o videtur: p̄pter ↄ̄scientias ⁊ infamiā obloq̄ntiū abolendā exp̄sse: q̄d ei⁹ esset p̄p̄etas mobiliū quemadmodū ⁊ locoꝝ. ¶ Hic īcidūt dubitationes plures. Quid est appropiare? An fr̄es possint emere: vendere: cōmutare: mutuū ↄ̄trahere: locare: impignorare: donare: accōmodare. ¶ Si q̄ritur: q̄d est appropiare: dicendū q̄d appropiare est rem suaꝫ facere: scꝫ in suū dn̄ium ↄ̄uertere. Sua aūt res est: q̄ trāsijt in arbitrij facultatem vt de ea faciat hn̄s q̄d vult: vēndo: donādo: cōmutādo: pignorādo. ¶ Si q̄ritur an fr̄es possint emere. Uidetur q̄d sic: ex expositione vbi d̄r. Si fratres voluerit aliquā rem emere: vel solutionem facere p̄ re iā empta. S; incontrariū ē: q̄r ↄ̄tractus emptionis semp̄ fit p̄stita pecunia vel p̄cio: q̄d non potest facere q̄ nullā p̄p̄ietatem potest habere. Ad quod videtur dicendum: quod emere d̄r tribus modis. Primo modo d̄r emere: de p̄cio rei emende ↄ̄uenire. Alio modo d̄r emere: solutionem rei empte procurare. Et his duobus modis possunt fratres emere. Alio modo dicitur emere: pecuniam vel preciū pro re dare. Et hoc modo non possunt fratres emere. ¶ Si queritur vtrum possint vendere. Dicendum: quod vēdere dicitur dupliciter. Uno modo rem propriā in alienū dn̄ium p̄ p̄cio transferre. Et hoc modo vendit ille q̄ habꝫ rei dn̄ium. Illo modo non p̄nt fratres vendere. Alio modo vendere d̄r de re aliqua p̄ciū accip̄e siue recip̄e. Et hoc mō suus auctoritate dn̄i potest vendere. Et hoc mō l; fr̄ibus vendere. Licet iste b̄m suā p̄fessionem turpe ⁊ in-

Prima.q. q̄d sit approp̄are

Scd̄a.q. an fr̄es possint emere.

iij.q. an fr̄es possint vēdere.

Que. iiij. an frẽs possint mutuare.

honestũ eẽt. ¶ Itẽ si q̃rit an frẽs possint mutuare. R̃ndet: φ mutuare dr̃ pro
prie: de meo tuũ facere. Et hoc mõ nõ lz fratrib⁹: qr ẽ ꝯtractus ꝓpetatis. Et
hoc mõ q mutuat ad solutionẽ se obligat. Alio mõ dr̃ improp̃e: bõa fide ad

Q. v. an frẽs possint commodare.

peurãdũ: nõ ad faciẽdũ solutionẽ se obligare. Et hoc solo mõ pñt frẽs mu-
tuare. ¶ Itẽ si q̃rit de ꝯtractu cõmodatiõis. Nã differt ꝯtract⁹ mutui a cõ-
tractu cõmodatiõis. Nã in mutuo trãsfert dñiuz oĩno: i accõmodato nõ.
Dicẽdũ: φ ꝯtract⁹ accõmodatiõis duo mõ ĩportat restitutionẽ. Et hoc mõ
frẽs: q nihil hr̃e pñt: nõ pñt aliqd̃ accõmodatũ hr̃e. Alio mõ põt dicere, peu-

Q. vij. an fratres possint locare opera sua.

rationẽ vel solutionẽ rei restituẽde bona fide. Et hoc mõ nõ ĩportat obliga-
tionẽ realẽ: ꝛ hoc mõ pñt. ¶ Si q̃ritur an frẽs possint locare opa suas? dicẽ
dũ: φ si locare ĩportat cũ pacto de mercede ꝯuenire: nõ pñt. Si ꝓo locare di
cat sine pacto: mercedẽ sustẽtatiõis expectare: pñt. ¶ Si q̃rit an frẽs possint

Que. vij. an frẽs possint ꝯmutare res q̃s hñt i vsu.

cõmutare res quas hñt in vsu? dicẽdũ: φ rẽ aliquã sua auctoritate i aliã mu
tare nõ lz: sz auctoritate dñi p̃sumpta vel accepta pñt res ꝯcessas sibi ad vsũ:
in alias magis necessarias ꝯmutare. ¶ Si q̃rit an frẽs possint inpignorare:

Que. viij. an frẽs possint i pignorare.

similis ẽ rñsio: qr alieni rẽ vt suã obligare nõ pñt. Auctoritate ꝓo dñi rem
sibi ꝯcessã: poterũt ꝓ necessarijs obligare. ¶ Si q̃rit vtrũ possint donare ꝓ

Q. ix. vtruz frẽs possint donare.

prie: dicẽdũ φ cũ nullã rẽ habeãt ꝓpriã: sua auctoritate nõ pñt tribuere. tñ
auctoritate dñi p̃sumpta: vel p̃habita: rẽ sibi ꝯcessam ad vsum p̃nt alteri cõce
dere. Vñ ad securitatẽ ꝯsciẽtiarũ: petẽda eẽt auctoritas dñi cardinalis: q ex-
primeret in scriptis de oĩbus reb⁹ mobilib⁹: ꝛ minutis qbuscũqz p superio
res dispẽsandis: siue in cõmutãdo: siue in pignorãdo: siue in accõmodãdo:
siue in donãdo: ꝛ ꝓcuratorib⁹ necessitatũ fratrũ cõcederet auctoritatẽ suaz
vẽdendi: si fuerit necesse: quũ immineret fratribus aliqua vehemẽs necessi-
tas. ¶ Seqtur. Sed tanq̃ pegrini ꝛ aduene. ꝛc. Querit qd sit ista paupertas:
ad quã tenent frẽs? An. s. ꝓhibeat eis ne possint aliqd fixũ ad sustentationẽ
hr̃e: sicut aliq̃ p̃sone voluerũt ordinare redditũ ꝑpetuũ: quo in aliquo loco
sustentarent frẽs: ita φ aliqua ꝓpetas apud eos nõ resideret. Itẽ querit an
paupertas ista ad quã tenent frẽs ꝓhibeat eis ne possint habere territoria de q
bus ꝑ culturam ꝛ industriã suam: oĩs sustentatiõis sue necessaria procura-
rent: ita φ ꝓpetas penes alium residere: vt sicut habent hortos ad olera ꝛ
fructus: ita haberent vineas ꝛ agros? Ad qd̃ dicendum: φ cum sit duplex
necessitas euangelice paupertatis: sicut dicunt sancti. s. paupertas imꝑfecta que
cum paupertate sp̃ũs nihil sup̃fluum retinet tpale: sed solũ retinet qd̃ est neces-
sitatis. Alia vero ꝑfecta: q̃ cũ voluntate sp̃ũs: nec sup̃fluũ nec necessariũ vite
tanq̃ propriũ retinet: sed ex dei ꝓuisione pendent: q̃ paupertas dr̃ mendicita-
tis. Hec vero videt paupertas fratrũ minorũ: q̃ hic determinatur. Unde attẽ-
ditur in duobus. Unũ est vt nõ recipiãt aliqd fixũ: sicut redditũ: ꝛ hoc est.
Quũ tanq̃ pegrini ꝛ ad. in paupertate debent dño famulari. Aliud φ debent
habere: paupertatẽ quantũ ad vsum: vt taliter sint paupes: φ etiam sint men-
dici. Unde etiã additur vadant ꝓ elemosyna confi. ¶ Seqtur. Et vbicũ-
qz fratres se inue. ostendant. ꝛc. Hic euidenter ostenditur φ perfecta charit
tas debet esse inter fratres quãtum ad signũ: quãtum ad affectũ: ꝛ quãtum
ad effectũ. Unde quãtũ ad signũ dicit. ostendãt se do. Inuicẽ inter se. Quã-

tum ad affectum dicit:q2 si mater.ꝛc. Et quantum ad effectū subiungit. Et si qs eorum ī infirmitatem.ꝛc.

¶ Capitulum septimum

Si q fratrum insti.mi.ꝛc. Expositio apostolica determinat vtruȝ istđ debeat intelligi de peccatis publicis vl' occultis. Sed ex hoc qđ đr: ꝙ ꝑ pctis debeāt recurrere ad mi. volunt qdā astruere ꝙ ex regla detur ministris cura aīaꝝ frm̄. Ex hoc ꝰo ꝙ seqtur. Iniūgi ta.ꝑ alios sa.ordinis arguunt ꝙ mi. hūt auctoritatē curā delegandi: sicut absolutiōes.

¶ Capitulum octauum

Uniuersi frēs vnū de fratribꝰ istiꝰ re.te.semꝑ hīe ge. mi.ꝛc. Hic mouent qstionem: vtrū illđ qđ ꝑ fratres ꝛ mi.ge.ꝛ ministros alios fuerit ordinatū in capitulo gnāli de coarctatione potestatis ge. ꝛ ordinatione forme capituloꝝ ꝛ electione: posset a ge.mi.ꝑcipiente in ꝯtrariū penitus mutari. Qđ quedā arguūt ex hoc ꝙ đr: ꝙ frēs tc. ei fir.obe. Et cōstat ꝙ capl'm ꝛ frēs nō pñt regulā immutare. Sed cū ex intentiōe regule sit ꝙ celebretur capl'm ge.ad ca.ꝰo.ꝑtinet ordinare ea ꝑ q̄ potest religionis puritas ꝛ ꝑfectio custodiri: ita ꝙ a nemine supioꝝ vel inferioꝝ possit aliquatenꝰ violari: ergo si ca.ge. ꝑpter vitandū religiōis ꝑiculū coarctat ge.ptātē: aut prouincialiū ministroꝝ: ꝛ aliqua alia salubria ordinat ꝑ frēs gnāliter obseruanda auctoritate regule q̄ ꝑstat ca. ge. ꝑ ge.mi.nō poterit infirmari. Pari ēt rōne qđ de ꝯsensu supioꝝ ꝛ inferioꝝ ordinis fuerit gnāliter ordinatū in cap. ge. ꝛ ꝑ pon. se.ap. approbatū nō poterit ꝑ solos inferiores aliquatenꝰ commutari: maxime in illis in qbus est ordinatio vel limitatio ptātis. ¶ Sequitur. Et si aliquo tpe ap.vni.mi. puincialiū ꝛ cu.ꝛc. ¶ Querit qđ đr vniuersitas? Et hīt intra vniuersitas đr maior pars. Notādū est ēt ꝙ nomē custodis se extendit ad ge.mi.ꝛ ad alios ministros: sicut ex alijs locis regule pōt ꝯstare. Nomē ꝰo guardiani nūꝗ in regula inueniť. Unde dicūt qdā ꝙ obedire guardianis ex regula nō tenenť. Propterea expediret vt nomē guar.tollereť ꝛ custodes siue ministri domus ꝯuenientius dicerentur.

¶ Capitulum nonum.

Fratres non ꝑdicent in epātu alicuiꝰ epī cū ab eo.ꝛc. Prius qsitum fuit a fratribꝰ: vtrū gnālis minister posset aliqbꝰ cōmittere illud. Respondit papa Gregoriꝰ ꝙ nulli absenti pōt gnālis cōmittere in qua expositione vestre intentio regule coarctari. Nam epī ꝑ alios examināt ordinandos. Cancellariꝰ parisiēsis examinat ꝑ alios in magisterio licētiandos: quare sitr ꝑ alios gnālis minister non poterit examinare. Posset meliꝰ aliqñ ꝑ testimoniū examinare sciētiā vel vitā ꝑpriā. Istū articulū regule relaxat ꝑuilegiū impetratū. Timeť aūt a multis ꝙ similiter ꝑ alia impetrāda ꝑuilegia: posset tota ꝑfectio ordinis in posteꝝ relaxari. Propterea nō videť in ꝯsciētijs secura regula quā vouerūt recedere ꝑ aliqua ꝑuilegia impetrata. Nec occurrit ꝑpter qđ ꝑuilegia impetrata circa articulū receptiōis: ꝛ ꝑdicationis debeāt tollerari: nisi q2 ꝑ illā relaxationeȝ nihil carnale: aut tpale religioni accrescit: sed solū ꝙ pure ꝛ simpliciter spūale.

¶ Capitulum decimum.

F Ratres q sunt ministri.zc.Et seqtur.Non precipientes eis alquid.zc.Queritur qd dr contra aiam? Nunqd contra aiam dr:solu3 qd est mortale peccatum? Et videtur q contra aiam dr non solum peccatum:immo illud quod esset hmői incentiuum z proximum ad peccatu3. Ut audiendo confessiones:vbi fragilitas carnis impugnat acriter aliquez. Contra regulam videtur esse non solũ quod est contra precepta regule:imo quod est contra statuta ordinis ad seruandam regule puritatem. ¶ Seqtur. Et vbicunq3 sunt fratres q sci.z cog. ¶ Querit̃ qd sit regulam spũalr obseruare? Et videtur obseruantia regule spũalis:obseruantia secundum rigorẽ: siue secundum puritatem suam:siue occasione ad malum. Unde spũaliter non posse seruari: potest intelligi:aut non posse seruari regulam secundum suum rigorem:siue secundum suam puritatem:vel sine occasione proximi ad peccatum. Alijs vero videtur:q illud referendum sit ad locum: quum sc3 fratribus rõne loci prestatur impedimentum:ne pure possint regulá obseruare. Ut q2 loco est annexa ppriețas:vel cura aliquarum aiarum:ad quã rõne loci fratres necessarie tenentur.

¶ Capitulum vndecimum.

P Recipio firmiter fratribus vni .ne habeant sus. consortia:vel consilia mu.zc. Queritur quid sit suspecium consortium. Dicendum: q suspectum consortium dicitur:non ex vna causa: sed ex pluribus: vt ex genere actus:ex circunstantijs loci:temporis: frequentie:persone: z huiusmodi:que patent cuilibet intuenti. ¶ Sequitur. Et ne ingre.mo.mona.zc. ¶ Apostolica expositio determinat hoc capitulum generaliter obseruãdum. Et determinat dimissiones propter quas possumus ire ad loca monialium:ita tamen q non ingrediamur interiores eorum officinas scilicet causa elemosyne petende: z predicationis faciende. Circa quod dubitatur:vtrum pro alijs causis honestis:vt pro audiendis cõfessionibus:vel cõsulendi in spũalibus:z huiusmodi possint ire: Et si interiores eorum officinas:vt claustrum:z capitulum quando in generalibus processionibus vadunt communiter cum populo: possint ire:vel cum episcopis in capitulo predicare? Unde super hoc esset apostolica expositio requirenda. ¶ Super his igitur:z que omissa restant:vestra discretio prouideat qualiter ad conscientiarum securitatem:z ordinis vtilitatem: per sedem apostolicam dispenatur.zc.

¶ Explicit expositio quattuor magistrorum super litterã fratrum minorum.

¶ Hec est quedam breuis expositio: et verissima intentum regule fratrum minorū: a sanctis patrib⁹ ordinis edita.

¶ Incipit capl'm primū: in quo sunt quattuor pcepta.



Egula et vita minorum fratrū hec est. &c. Hoc est pceptū. Et scdm expositionē quattuor magistrorū literam exponentiū: instruimur in ijs q̄ obseruare tenemur. Et sunt oīa illa q̄ pceptorie: vel inhibitorie: seu sub v̄bis eq̄pollentibus exprimuntur in regula. In qua cōtinetur q̄cq̄d fuit impositum apostolis sub pcepto: ad curam pastoralē non ptinēs.

Frater franciscus promittit. &c. Est euidens preceptum.

¶ Et alij fratres teneantur &c. Hoc etiam est preceptum.

¶ Seqtur scdm capitulū: in quo sunt duodecim precepta.

Si q voluerint. &c. Mittant eos. &c. Hoc instructoriū est q̄d agere debeāt circa idoneos. Et nihilominus obligatoriū ē q̄d iuuēt idoneos: et nō retrahāt eos amor carnali: vel odio. Et hoc importat v̄bū mittāt.

Quibus solūmodo: et nō alijs &c. Preceptū est vt soli ministri possint recipe: vel qb⁹ ipsi districte ɔmittūt sm declaratiōez.

Diligenter examinent. &c. Dicāt illis v̄bū sancti euāgelij &c. Preceptū ē ministris.

Vadant et vēdāt omnia sua &c. Preceptū est hāc regulā volētibus assumere. Ex his trib⁹ patet quod hic status ad receptionem nō admittit qui nesciunt respondere de fide: nec possunt esse adhuc domini rerum suarum: vel hanc regulam finito anno vouere.

Quod si facere non potuerint. &c. Expositio est pcedētes pcepti.

Et caueāt frēs. &c. Et hoc ē pceptū phibitoriū: q̄d nec frēs nec ministri solliciti eē debeāt: nec ɔsiliū dare sup distributiōe rez īträtiū ordinē: vt sit receptio purissima sine simōia vl' signo.

Si tn̄ ɔsiliū reqrat &c. Nota: q̄ i hoc solo casu ɔcedit ministris licentia: nō ɔsulēdi sup distributiōes rez: sz sup psona idonea ad regule ɔsiliū. Per q̄d ptz q̄ illd q̄d seq̄t. Ad aliquos deū timētes &c. nullo mō pōt referri ad frēs: q2 nec ipsis ministris ɔcedit regula ɔsulere: multominus alijs frib⁹. Et ideo cū vnū solū casuz dicat licere ministris: oēs alios tā ipsis q̄3 ceteris frib⁹ illicitos māifestat. Propterea ī eo q̄d dicit: ad aliqs deū timētes: oñdit aliū supponere statū a fratrib⁹: q2 oēs frēs supponūt timere deuz.

Concedant eis pānos pbatiōis &c. Hoc est pceptū: q̄ de reb⁹ ppris regula īträtib⁹ ordinē ampli⁹ nō ɔcedit. Per q̄d ptz: q̄ strictum vsum vult nos seruare de rebus alienis: quādo de ppris amplius nō ɔcedit. Sed supponit: et imponit oīa alia pauperibus erogata.

Nisi eisdem ministris. &c. Istud est positum in dispositione ministrorum:

et solum refertur ad caparonem immediate premissum: vt scz ꝓ reuerentia intrãtis ordinẽ possint indulgere ꝙ ꝓbationis capuciũ non portent. Et illud nisi: nunquam fuit hactenus acceptum a fratribus aliter. Nam si necessitas nouicij plus requirat: aliunde venit dispensatio: et non ex hoc nisi.

¶ Primū est: vita irreprehensibilis: q̄ maxime sibimet ꝓdest ⁊ alios edificat. ¶ Scd̄z: sciētia sacre scpture sine q̄ nec secure nec vtilr possere alios docere. ¶ Tertiū ē: auctoritas ꝓdicādi ⁊ ꝯfessiões audiēdi: i qbꝰ maxime ꝓsunt fidelibus frēs. ¶ Quartum: ratio satisfactoria super qbusdam dubijs apd illos q non intelligunt: qualiter fiant rōnabilr ⁊ licite immo necessario ⁊ meritorie in ordine: super quibus aut miranť aut scandalizanť: vt sciant qualiter ⁊ quomodo ista fiant rōnabilr: cum ad hoc teneamur. Nam vt coram ceco offendiculū non ponamus: opa nostra lux debent esse coram hoibꝰ iuxta illud Math. v. Ut luceat lux vestra coram hoibus. Uos estis lux mūdi. Et ideo expedit in lucem ponere: ⁊ rōnem ostendere de ijs que non intellecta possent putari tenebre: ⁊ per consequens possent aliorum edificationē de nobis aliquatenus impedire. ¶ Sicut eīn artis alicuius ignarus videt aliqua ab illius artis opificibus instrumēta hri q̄ nō intelligit ad qd valeāt: ita plerumqz seculares ⁊ rudes miranť quare spūales hoc ⁊ hec faciant. Ita vt expediat aliqua ab eis abscondere: non ex simulationis palliatione: sed ꝓ cautela: ne ponať offendiculum infirmis: ⁊ pusilli intelligentia: materiam scādali inde sumant. Aufer rubiginem de argento ⁊ egrediť purissimum vas. Hoc est. tolle de bono quod facis suspitionem: rōnē reddēdo ⁊ apparebit purum ⁊ bonū qd putabať vitiosum. j. Petri. iij. Parati semper ad satisfactionem ⁊c. Ipsa eīn opera dei purissima in se: sepe sunt in rudibus ⁊ in in-

fidelibus occasio scandali cum non intelligunt: ⁊ sinistre ac peruerse interpretanť. Math. xij. Beatus q non fuerit scandalizatus in me. ps. xvij. Cum sancto sanctus eris: ⁊ cum peruerso puerteris. Ut ergo lucerna clari⁹ luceat: offendiculum auferas ei: ⁊ limpidius lumen effundet.

¶ Questio. j.



Rimo igitur queritur. Cuz tot

sancti ordines approbate regule fuerint: cur scūs Frāciscus nouā regulā facere voluit: quasi non sufficerent prioꝝ instituta sanctoꝝ? Ad illud ubi rñdeo: qꝛ pr̄ scūs Frāciscus spū dei plenus ⁊ zelo charitatis dei ⁊ ꝓximi totus ignit⁹. triplici desiderio flagrabat: vcz vt totus posset esse imitator xp̄i in omni perfectione virtutū. Item: vt totus posset adherere deo ꝑ assidue ɔtemplatiōis ei⁹ gustū. Item: vt multos posset lucrari deo: ⁊ saluare aīas ꝓ qbus xp̄s voluit crucifigi ⁊ mori. Et qꝛ nō sufficit ei vt ista in ꝓpria ꝑsona tm̄ ageret: voluit instituere ordinē: vt multos coopatores haberet: nō solū in p̄senti sed etiā in futuro: q et sanctitatis ei⁹ imitatores existerēt: ⁊ alios deo plurimos lucrarenť. Ordines aūt quos ipse scūs Frāciscus inuenit in ecclia: aliqua p̄dictoꝝ triuz ex parte habeāt. Ut religiosi cenobite q in studio virtutum xp̄i imitanť vestigia. Heremite q contēplationi diuine frequētius vacant. Et clerici rectores plebium q aīarum curam hn̄tes officio: lucris aīarum oī vigilantia intendere debent. Et qꝛ hec tria simul inuenit i nullo ordine: spū sancto edoct⁹: nouā condidit regulam: ⁊ nouū ordinem istituit: quo in professione euangelicorū consilioꝝ: obedientie vcz ⁊ castitatis: ⁊ abdicatione ꝓpetatis: xp̄i vestigia sequeretur: ⁊ in officio p̄dicationis ⁊ confessionis: aīarum lucra vtiliter quereret: ⁊ in altissime paupꝫtatis mendicitate: libertatem spūs retinens: cōtemplatiōis supne apphenderet puritatem. Nam ⁊ si actionis exterioris occupatio aliquotiens interrūpat ocium ɔtemplandi: ipsa tm̄ libertas cordis: nullis solicitudinibus tpalium distracta: spūalis vacationis magnam prestat studiosis oportunitatem: vt orādo. legendo. meditādo ⁊ ɔtemplando. Plus eīn obest ad deuotiōis puritatem assequendam strepitus tpalium curarum: q̄ exercitatio virtuosarum actionū: qꝛ curarum importunitas in ocio corꝑis: generat mētis inquietudinem. Boni aūt opis fidelis exercitatio: ɔscientiaz quietat: ⁊ impingādo eleuat in supna. Sicut q laborat in p̄paratiōe ɔuiuij: i quo getus iocunde epuleť. Unde dn̄s ꝑ diem occupabať in doctrina ppłi: ⁊ egrotātium curatiōe: in noctibus: ořonibus in mōte vacabat. Luce. xxj. Erat autē diebus docens in templo: noctibus ꝟo exiens morabať in monte oliueti ⁊c. ps. xlj. In die mandauit dn̄s miam suaz: ⁊ nocte canticū eius. Noluit sctūs Franciscus esse frēs suos astrictos ad curam aīarum ex debito necessitatis: sed ex libere charitatis affectu: ⁊ vt meritū expectarent de fructu salutis aliorum: ⁊ piculum euitarēt de ꝑditione eoꝝ: participes in lucro: indēnes in detrimento: vt alios extrahāt de naufragij seu incendij pículo: i psi tuti ɔsistentes in solido nō periclitētur cū pereuntibus in peccato.

Causa institutiōis ordinis minorū.

¶ Tria hz ordo minoruz sup alios ordines.

¶ Questio. ij.

Quare fr̃es ꝑdicãt ⁊ cõfessiones audiunt.

Cur ergo qui aīaꝝ curã ordinarie non suscipitis:ꝑdicatis ppl'o:⁊ ꝯfessiones auditis:mittẽtes falcem in messem alienam:cũ illis ꝓprie cõperat q̃ animaꝝ curam ex officio gerũt: iniuriãtes plebanis in quoꝝ videmini ꝑiudicium exercere officia illis cõmissa:⁊ decipiẽtes illos quos absoluitis sup̱ quos iurisdictionẽ nõ habetis ordinariã:contra canonẽ instituta ⁊ ꝑiculum animaꝝ vr̃aꝝ? ¶ Respondeo. Nulli in hoc facim⁹ iniuriã:nec aliquem decipim⁹:sed sedes ap̃lica q̃ immediate curam ecclie h;:⁊ a qua ceteri eccliаꝝ pastores tam maiores q̃ʒ minores gubernãdi suscipiunt auctoritatem:tam mediate q̃ʒ immediate:⁊ a qua oẽs leges canonum emanant:videns in his nouissimis tp̃ibus (iuxta ap̃lm) instare tp̃a ꝑiculosa sacre laxatis euãgelice ꝑdicatiõis retib⁹ in capturã:tãtos influxisse pisces hoim ad fidei professionem:q̃ꝺ rete fidei scindit:messem fideliũ multã ⁊ oparios idoneos paucos:⁊o q̃ꝑ pctã quotidie multiplicant̃ in eccliа:⁊ ep̃i negocijs exteriorib⁹ dediti:sp̃ũalibus intẽdere neqũt:⁊ pauci sunt pastores in ecclijs ꝑsonalr̃ residẽtes:s; vicarijs ⁊ mercẽnarijs cõmittũt oues:siue aīas regẽdas:in quoꝝ plurimis multi eueniũt defectus imperitie: ⁊ honeste vite negligẽtie ⁊ alioꝝ defectuũ:ꝑ quos ad gubernãdas aīas reddunt̃ inhabiles:⁊ nõ esse q̃ plebes erudiãt:vel a pctĩ facib⁹ extrahãt:vocauit nos in adiutoriũ tam cleri q̃ʒ ppli:vt ꝑ offim̃ ꝑdicatiõis ⁊ ꝯfessiõis subueniam⁹ aīabus:⁊ onus pastoꝝ subleuãdo:alleuiem⁹. Sicut petr⁹ ⁊ ei⁹ socij nõ valẽtes soli rete piscium ad litt⁹ trahere p̃e multitudine:annuerũt Jacobo ⁊ Joanni socijs suis in alia nauiq̃ signat religionẽ:vt venirent ⁊ adiuuarent eos:ne vel ipsi mergerent̃:vel pisces capti perirent. Luce. v. Cũ ergo ex ap̃lice sedis missione:ep̃oꝝ beniuolẽtia:ꝑdicatiõis opa ⁊ ꝯfessiõis subditis eoꝝ impendimus:eos ex charitate ⁊ auctoritate coꝝ absoluim⁹:⁊ nõ decipim⁹ eos:s; iuuam⁹:⁊ in illis fit nõ preiudiciũ plebanis:s; bñficium:dũ ꝓ eis laboram⁹: ⁊ ad obedientiã debitã eoꝝ subditos exhortamur. Nam si pleban⁹ potest alteri vicẽ suam cõmittere:multo fortius potest hoc papa ⁊ ep̃us:q̃ plenitorem hñt in oẽs sibi cõmissos sine differẽtia potestatem. Et sicut ex charitate:nõ ex necessitate:impẽdim⁹ fidelib⁹ sp̃ũalia subsidia:docẽdo:⁊ orãdo:⁊ a pctĩs in ꝯfessiõe absoluẽdo:ita ipsi nõ ex debito coactiõis s; ex libertate charitatis ministrãt nobis corporalis necessitatis subsidium:cum dñs ordinauerit ijs q̃ euangelium nunciant:de euangelio viuere.⁊c.

¶ Questio.iij.

Propter q̃ꝺ fr̃is itendũt studio lr̃aꝝ.

Item q̃ro. Cum religiosi debeant simpliciter ambulare:⁊ oĩno ꝯtutib⁹ abñdare:⁊ ad hoc opam dare:cur rursum studio lr̃aꝝ (q̃ olim sancti p̃res postposuisse laudant̃:vt bñs ⁊ alij) sic mõ dãt: ⁊ in secreta ꝯuersatiõe studẽtes? Rñdeo:q̃ꝺ cum (sicut dictũ est) ꝑdicationis offm̃ ex regulari ꝓfessiõe ordini annexũ sit:⁊ etiã ꝯfessiõis: q̃ noticiã reqrũt sacre scripture:q̃ subtili idiget i plerisq; locis expositiõe:ne ex imperitia errores ꝓ veritate doceam⁹:necesse est nob' sacre scripture hr̃e studiũ: ⁊ magros. Hec cũ sciẽtia nõ solũ vtilis est ad alioꝝ eruditionẽ:sed etiam ad ꝓpriam

instructionẽ: vt seruus dei sciat seipm̃ bene regere: ṽtutes a vitijs discerne-re: ꝛ noticiã dei: ꝛ futuroꝝ ꝑmioꝝ clarius itelligere: ꝛ in oĩbꝰ cautius ꝛ fru-ctuosius ꝯuersari. Nam ꝛ aplꝰs hortaꝛ timotheũ ad lcõnis studiũ: ꝛ sctoꝝ nobis diligẽtia in sctãꝝ ruminatione scripturaꝝ freqnter cõmendaꝛ. Veri-tas cũ fidei: ꝛ vite sanctitas: non aliunde ꝙ̃ ex scripturaꝝ fonte haurit: sine qbꝰ impossibile est quẽꝙ̃ saluari. Hereticoꝝ etiã versutijs q in scripturis sanctis occasionem erroris ꝑ falsas interꝑtationes assumũt: opꝫ ꝑ ipsaꝝ dili-gentem inuestigationem diligentius obuiare: ꝛ fideles contra eoꝝ fraudes ꝛ latentes decipulas ꝑmunire. Unde Hieronymꝰ. Scta rusticitas solũ sibi pdest: ꝛ ꝙ̃tũ ex vite merito ecclãm xp̃i edificat: tm̃ nocet si destruẽtibꝰ nõ re sistat. Ad Titũ. j. Potẽs sit exhortari i doctrina sana: ꝛ eos q ꝯtradicunt ar-guere. ꝛc.

¶ Questio. iiij.

Item cũ sufficiat ad religiõis ꝑfectio-

nem nil hr̃e ꝓpriũ in speciali ꝛ hr̃e possessiões ꝑ necessitate in cõi sicut oẽs religiõis antiquoꝝ patrũ bñdicti. Augustini ꝛ alioꝝ: videreꝛ in consultum ꝛ aliquo modo tentare deũ: ꝙ tantꝰ ordo exponat se mẽdicitati quotidiane velut celitꝰ expectet victũ suũ: cũ posset aliter hr̃e? Rñdeo. Perfectio diuer-sos gradus hꝫ: ꝛ aliꝰ alio sublimior est: nec ꝑfectiõi alioꝝ ordinum ꝑiudicat qn altior possit inueniri. Tentare aũt deũ non est xp̃i ꝓmissionibꝰ credere: ꝛ eiꝰ consilijs obedire: ꝛ eiꝰ vestigia imitari q dicit Math. xix. Amẽ dico vob q vos q reliqstis oĩa ꝛ secuti estis me. sedebit sup sedes ꝛc. Dñs aũt istã paup-tatem docuit ꝛ tenuit: vt nil possessiõis in terra haberꝫ. Vñ Mat. viij. dicit. Vulpes foueas hñt ꝛc. ¶ Multis aũt de causis ordo nil ꝓpriũ possidet in hoc mũdo. ¶ Primo: vt vestigia xp̃i ꝑfectius imiteꝛ. Mat. xix. Si vis ꝑfectꝰ esse vade ꝛc. ¶ Scdo: vt laqos auaricie facilꝰ declinemꝰ. j. Ti. vj. Qui volũt diuites fieri incidũt in. ꝛc. ¶ Tertio: vt culpas supfluitatis pleniꝰ expiemꝰ. Prouer. 6. Oẽm substãtiã domꝰ sue ꝛc. ¶ Quarto: vt altioris meriti gliam ꝯsequamur ꝑ varias ṽtutes pauptatis. Mat. v. Bti paupes. ¶ Quinto: vt liberiores simꝰ mẽte ad spũalia studia orõnis. ꝯtẽplatiõis. lcõnis. Mat. x. Nolite possidere auꝝ ꝛc. ¶ Sexto: vt ꝑdicatiõi a studio expeditius intenda-mus. ¶ Septimo: vt ṽbum dei minꝰ trepide oĩbꝰ ꝓponamꝰ. ¶ Octauo: vt magis ꝯfidere oẽs in eũ sperãtes doceamꝰ. ¶ Nono: vt occasiõe petẽde elee-mosyne ad alioꝝ edificationẽ: freqntiꝰ exeamꝰ. ¶ Decimo: vt q nob subue-niũt in tꝑalibꝰ: fiducialiꝰ spũalia reqrãt. ¶ Undecimo: vt magis cauti simꝰ ab oĩ scãdalo: quo magis timemꝰ i tꝑalibꝰ deꝑire. ¶ Duodecĩo: vt tãto hũi-liores simꝰ: ꝙ̃to magis subsidio alioꝝ indigemꝰ. Et q2 spũalia fidelibꝰ semi namꝰ: nõ tm̃ ex grã ab eis carnalia subsidia expectamꝰ. Luce. x. Dignus est operarius mercede sua. Hieronymꝰ. Reddituũ possessionẽ nob ꝓuidere nõ opꝫ: sed ad mẽsam dñi tanꝙ̃ fideles coopatores occurramus. Cause ex pro pꝛiatiõis oĩmode fratrũ minorum.

¶ Questio. v.

Item quero. Cum religiosi a tumultu

secularis freqntie sese separare studuerint: ꝛ in solitudinibꝰ habitare: q d est

Trib⁹ ex cau⸗ sis opꝫ frēs minores ha⸗ bitare inter hoīes.

ꝙ vos freq̄ntius in ciuitatibus ⁊ oppidis manere soletis: quasi voluptuo⸗ sius ibi pascēdi: ⁊ ingetius ⁊ indeuoti⁹ ibi viuatis? Rn̄deo. Tres sunt cau⸗ se ꝑcipue ꝑ q̄bus inter hoīes morari solem⁹. ¶ Vna: ꝓpter eoꝝ edificatiōe͂: vt ꝓmptius eis ad sim⁹ qn̄ req̄rūt a nob̄ penitentiā, doctrinā: ⁊ salutis cōsi⸗ liū: ⁊ videāt a nob̄ bone ꝯuersatiōis exēplū. Si eni͂ remoti essem⁹ ab eis: nec ipsi possent ad nos qn̄ indigerēt cōmode accedere: ⁊ difficile eēt nos totiens vocari: ⁊ maior eēt nob̄ inq̄etudo ꝯtinue currere ⁊ recurrere: q̄ȝ iter eos ma⸗ nere: ⁊ priusq̄ȝ venirem⁹: affect⁹ ⁊ ꝯpunctio req̄rētiū penitētiā sepe tepuisset. ¶ Scd̄a causa ē: ꝓpter īdigētiā victualiū: q̄ꝛ in locis desertis nō inuenirem⁹ quotiēs superueniētib⁹ vel residētibus: vel ifirmis īdigeremus: q nobis ne⸗ cessaria vite ministrarēt: cū ꝑ nos nō habeam⁹. Extranei etiā q ꝓ ꝯsilio sup⸗ uenirēt: cū statim nō possent expediri ⁊ recedere: cogerent̄ nobiscū freq̄nti⁹ hospitari: qd̄ multis ex causis nullaten⁹ expediret: ꝓpter inq̄etudine͂: suspi⸗ ciōne͂: ⁊ paupertatē. ¶ Tertia causa est: ꝓpter tuitionē: q̄ꝛ si extra hoīes morare⸗ mur: nec libros: nec calices: nec vestes: nec alia necessaria tute suare possem⁹ a latronib⁹ vel ꝑdonib⁹: vel viuētib⁹ potētiū. Nam ꝑsone etiā sepi⁹ eēnt i ꝑi⸗ culo: si qn̄ in ꝑdicatiōe forsitā aliquos offenderem⁹: vl' filiū: vel frēm alicui⁹ de quo dolerēt in ordine recipem⁹. q etiā amicū frm̄ vellet maliciose offen⸗ dere: vel moleste ferret nos ī terra morari: domos n̄ras icēdere: ⁊ nūq̄ȝ posse⸗ mus ibi pacifice ꝯmorari. Qui aūt hn̄t possessiōes ⁊ ꝑdia: sibimet sufficiūt: pn̄t extra ciuitatē morari. Silr̄ ⁊ solitarij q paucis indigent pauca ab alijs req̄rere necesse hn̄t. Sūt ⁊ alie cause: q̄s modo ꝑtereo ꝓpt̄ q̄s ꝯuenit int̄ hoīes poti⁹ q̄ȝ in deserto iuxta ꝯditiōes n̄ri ordis habitare. Sꝫ ad p̄sens iste sufficiāt.

Questio. vj.

Item quero. Cū scti p̄res laudētur in

cascellis: ⁊ i vilib⁹ habitaclis habitasse: qd est ꝙ vos altas ⁊ magnas domos erigitis: ⁊ oratoria sumptuosa: ⁊ areas latas magno ꝑcio cōparatis: cū sitis

Qualiter li⸗ ceat frīb⁹ mi noribus h̄re domos am⸗ plas: altas: ⁊ fortes.

paupes ⁊ mēdici: ⁊ ꝯtemptores mūdanoꝝ esse debeatis? Rn̄deo: sicut iaꝫ su⸗ pradictū est: cū inter hoīes manere nos oporteat: aut ergo extra muros ciui⸗ tatis: aut intra. Si extra ciuitates maneremus vbi possemus latiores areas leuiori ꝑcio cōparare: vcꝫ in cāpis vel hortis: quādocūq̄ꝫ bellū timerent̄ vel guerra: ciues loci formidarēt ne forte hostes domos n̄ras occuparēt: ⁊ de il⸗ lis niterent̄ ciuitatē vel oppidū expugnare: ⁊ nō auderēt etiā alias qn̄ sibi ti⸗ merent ad loca frm̄ ꝓ ꝯfessiōe: vel missa: seu ꝑdicatiōe securi venire: ⁊ ideo nō diligūt vt in talibus locis cōmoremur. Qd̄ si intra muros habitamus vbi ꝓpter freq̄ntiā ppli aree cariores sunt: opꝫ ⁊ nos areas carius emere q̄n⸗ tum sufficiāt ꝓ claustro, oratorio: ⁊ officinis ꝯgruis ꝓ ꝯuentu, hospitibus: ⁊ īfirmis: ⁊ horto herbaꝝ: tam ꝓ pulmētario: q̄ȝ ꝓ aeris recreatiōe: vt infir⸗ mi refocillentur: ⁊ sani ꝯseruent̄: ⁊ lassi in spūalib⁹ studijs recreent̄. Secula⸗ res eni͂ q freq̄nter vagant̄: domi nō indigēt recreationē aeris: religiosi vo q in cellarū reclusorijs religant̄: nisi aliquā interius habeāt aeris recreationē: cito languescētes tabescūt: ⁊ ad studia spūalia inhabiles efficiunt̄: ita ꝙ nec sibi: nec alijs ꝓficiūt in deuotiōis interne profectu. In sapientie intellectu cu

virtutũ exemplis ꝛ in doctrina salutis. Et q̃uis ꝑfectis oĩs locus aptus sit ꝓ discipline interne exercitijs: imꝑfectis tñ ꝛ adhuc indigẽtibus eruditiõe ꝛ virtutis: opus est etiam exteriori distinctione officinarũ claustralium: vt sciãt vbi tacere debeãt: vbi loq̃ liceat. vbi orare. vbi laborare. vbi legere: scribere: vel comedere: vbi sit reges ĩfirmantium: vbi repausatio de labore itineris venientium: ꝛ aliorum que ĩ collegijs sunt necessaria: ne si confuse indifferẽter singula fierent ꝓ libitu: iam nec disciplina: nec q̃s: nec deuotio: nec ordo inter frẽs sicut expedit seruaref: quod esset ĩ magnum detrimentum religionis: ꝛ ĩ scandalum alienis: ꝛ in destructionem salutis: q2 nec minores discerent ꝯ que ꝓficerent: nec perfecti alios edificarent. ¶ Q2 vero ĩtrs ambitum in ciuitatis (vt dictum est) cariores sunt arce: ꝙ non possemus facile sufficiẽtia ꝫ congrue latitudinis habere vt omnes officine deorsum collocarẽtur iuxta se inuicem: opꝫ aliq̃ñ vt vna sup alteram locef: ita ꝙ vtraq3 aeris respiraculo nõ careat. Ex hoc domus nr̃e magne apparent ꝛ excelse: ac sumptuose: ꝛ pauptati dissimiles: cum tamẽ hoc pauptas magis efficiat: q2 ne circa dilatem ur: inferius angustamur. ¶ Et q2 circũseptimus domibus alioꝝ vicinorum: ꝛ q2 in ciuitate sepe insurgunt incendia late peruagantia: ne vel dom⁹: vel eccle: vel libri: vel alia necessaria frequenti discrimini sint exposita: ꝛ in continuo tremore infirmantium corda sint inde suspensa: ꝛ ne ipsi vicini nostri a nob per incendia molestenf: vbi possumus facimus domos lapideas: vt nec ignenec vetustate citius destruanf: q2 non solum corporibus: sed etiam cordibus: magna est destructio nous sepius edificia construere: maxime illis q nonhabent sumptus nisi quantum valent colligere mendicitate. ¶ Non tñ intẽdo in his excusare nisi que valde necessaria sunt ꝛ rõnabilia. Ubi autem supfluitas. curiositas: ꝛ irreligiositas: ꝛ regule ꝛ paupertati nostre derogantes essent structure: repbendo tecum: ꝛ oĩa alia que deo displicẽt tam in moribus q̃ in rebus. Quincuplicis eñ peccati rei sunt q superflus iu edificijs ꝛ alijs q̃bus vtimur procurant ꝛ acgrunt. ¶ Primo: ꝓpter trãsgressionem ꝓfessionis: q2 pompis renũciãtes scil: in paupertate ꝛ humilitate vera ꝓmiserunt dño famulari. Unde Gal'. vj. Si ea que destruxi ꝛc. ¶ Scḋo ꝓpter malum exemplum quo alij discũt ab eis silia facere: vel scandalizanf qñ vident eos que hmõi pro xp̃o spernere deberẽt: querere vel sectari. ¶ Tertio: ꝓpter ingetudinem sñn ꝓpter hmõi edificia ꝛ pcurationes: q2 ꝛ deuotio extinguif: ꝛ disciplina religiõis plurimum dissipatur. Ipsa. xlix. Uenerunt structores tui destruẽtes te: ꝛ dissipãtes a te exibunt. ¶ Quarto: ꝓpter spoliationes alioꝝ pauperũ: q̃bus sepe eleemosyne ꝑcipiunf: ꝛ hmõi structure fiũt ex q̃bus illi deberẽt vestiri ꝛ pasci: dum qḋ istis daf: eis negaf: q2 ad dãdum vtrisq3 sepe deficit dãtium largitas ꝛ facultas. ¶ Quinto: q2 qñ nimis vrgemus hoĩes ad dãdum: ꝑdunt deuotionẽ ad nos prius habitã: ꝙ nec de ꝑdicatione: nec exemplis: nec alijs que facimus edificenf. Unde cum videne nos accedere: terrenf ꝛ timent ꝙ aliq̃d velimus ab eis expetere: qḋ graue sit eis dare: ꝛ erubescũt negare: ꝛ si dederint nõ libẽter: min⁹ merẽter: ꝛ sic de rebus: ꝛ deuotionis merito priuantur. ꝛc.

De q̃ncuplici pctõ in excessu edificiorum.

¶ Questio. vij.

Utrũ fratribus minorib⁹ liceat ꝓuidere in crastinũ.

Quid sit solicitudo tpalium.

Item quero. Cum dñs in euãgelio dicat. Nolite solliciti esse in crastinũ: ⁊ vos sitis pauꝑtatis euãgelice ꝓfessores: nõ debetis plura colligere vl' ſuare q̃ꝫ qḋ possit quotidie ad vni⁹ diei victũ sufficere. Sꝫ videt̃ q̄ nõ seruetis. Rñdeo. Si diligẽter euãgelij dicta pensamus: solicitudinẽ de crastino: sꝫ nõ ꝓuisionẽ ꝓhibere videt̃. Unde sctĩ aplĩ: euãgelij xp̃i ꝑfectissimi obseruatores: tam ꝑ se q̃ꝫ ꝓ alijs xp̃i pauꝑib⁹: q oĩa ꝓ xp̃o reliq̄runt a fidelibus subsidiũ ꝓ corpoꝝ necessitate etiã in futuꝝ petebãt ⁊ recipiebãt. Sicut Paulus rogatus a Petro. Joãne: ⁊ Jacobo: collectas fieri ꝑ ecclias ꝓ xp̃i pauꝑibus sustẽtandis mãdauit Ad gal. ij. ⁊ Scḋa Chorin. viij. Et alijs locis pluribus reꝑit id fecisse. q etiã ꝓ acqrẽdis necessarijs sibi ⁊ socijs suis: laborauit manibus. Solicitudo enim notat cure anxietatẽ illicitã cogitionẽ. auarã supfluoꝝ ꝓuisionẽ. Sicut eñ in opatione salutis nr̃e ꝑncipalr̃ spem in deũ iactere debemus: ita ⁊ ĩ corꝑali subsidio solicitudinẽ debemus ei cõmittere: ⁊ tñ vbi ꝯgrue possumus: sine iactura sp̃ũalis ꝑfectus nr̃i: ⁊ alioꝝ: nob̃ necessaria ꝓuidere: ne aliter quasi deũ tentare videamur: vt miraculose: sicut oliꝫ filijs israel: nob̃ quotidie alimoniã subministret. Licꝫ eñ prioꝝ frm̃ puritas: maioris ꝑfectionis ardore: pauciora q̃ꝫ nũc ꝯsueuerint ad victũ colligere necessaria: ⁊ ꝓptus ꝓpter hoc talem opinionẽ ꝯcepit: q̄ nil nob̃ lꝫ reseruare in crastinũ: tñ nec tũc: nec nũc aliquo mõ nob̃ ꝓhibitũ est statuto: qn possimus ad victũ aliqua etiã necessaria in futurũ ꝓ aliquo tp̃e prouidere: maxime de ijs q̃ in promptu cũ indigerem⁹ nõ possemus acqrere mẽdicãdo. Sũt eñ q̃ nisi colligam⁹ certo tp̃e qñ est copia: qñ inter manus cõĩter habent̃ a pp̃lo: postmodũ nec ꝓ infirmis: nec ꝓ hospitibus: nec ꝓ alijs sine magna difficultate: vel magno pcio poterunt haberi. Mendici eñ maxime illo tp̃e solent necessaria petere: quo sciunt ea promptius a dãtibus inter manus hr̃i: vt circa horam comedendi. Sic ⁊ dñs pp̃lo certo tp̃e ꝑcepit mãne alimoniã colligere: q2 nõ omĩ tp̃e in agro ẽt si q̃rerẽt inuenirẽt. Exodi. xvj. ps. cxliiij. Tu das escã illis ĩ tp̃e oportũo. In hoc eñ nõ tam nob̃: q̃ꝫ illis a qb⁹ petit̃ ꝓuidemus: qñ tali tp̃e petimus: quo ipsi facili⁹ dare pñt: ⁊ magis sunt volũtarij ad eleemosynã largiẽdam.

¶ Questio. viij.

Item quero. Quid est q̄ modo plura petitis q̃ꝫ olim: vt cũ tũc vix in vna vel paucis villis ⁊ pauca postulaueritis: modo late ꝑ terrã: ⁊ oppida: ⁊ castra ꝑuagãdo plurima ꝯgregatis? Uidetur eñ auaritia inter vos creuisse: ⁊ cura vẽtris hãc vob̃ ꝓuidẽtiam ꝑsuasisse. Uidet̃ etiam q̄ sp̃ũs extinctio vos in cella qescere nõ ꝑmittit. ¶ Rñdeo. Uitiosos in hoc ⁊ in alijs excusare nõ audeo: vt dixi: sed rõnem ꝓ illis qui rõne ducunt̃ ⁊ pia intentiõe oĩa faciũt: ostẽdere beniuolis nũc intẽdo: q2 maliuoli q̄ magis facta nr̃a calũniari desiderãt q̃ꝫ agnoscere ꝟitatẽ: magis dolent si ostensa rõne eis materia subtrahit̃ detrahẽdi. Q2 inimic⁹ vult poti⁹ causas malignãdi ꝯtra eũ quẽ odit sibi adesse: q̃ꝫ abesse: vt nõ ex inuidia: sꝫ ex iustitia eũ ꝑseq videat̃. ¶ Qḋ aũt nũc potius q̃ꝫ olim videmur mẽdicã-

Cause excu-

do plura colligere: inter alias principales causas quas potes aduertere veras esse: vna est: ꝙ cū olim pauci frēs fuissent in ordine: nunc multo plures sunt vbiqꝫ: ꝛ plures pluribꝰ indigēt: quāto numerꝰ numerū excedit: ꝛ oībꝰ q̄ necessitas reqrit est magis opus. Nam dñs infans natꝰ: in modico diuersorio ꝛ ꝑsepio ꝯtentus fuit: sed aggregata discipuloꝝ turba: ad celebrationē paschalis cōuiuij: q̄suit sibi ꝑparari cenaculū grāde stratū. ¶ Scđa causa est: ꝙ inter plures sunt etiā debiles ꝛ infirmi: maxime q̄ olim strenue religiōis: ꝛ ardue paupertatis pōdus ꝑ annos plurimos portātes: nūc ex humane mortalitatis defectibꝰ laxati: cogēte ipsa charitate: nō debēt ipsi vt īfirma pecora relinq: sed pie q̄ꝫdiu poterint fulcimentis corꝑaliuꝫ necessitatū: ꝓ mia: ꝛ alioꝝ edificatiōe: ꝛ ꝓ iunioꝝ instructiōe sustētari: ꝛ ꝓpter tales opꝫ ꝛ expedit plura peti. ¶ Tertia causa: qꝛ plures mō mēdicātes sunt in ecclia de diuersis ordinibꝰ: ꝛ qđ nob solū dabat integrū: nūc minutatim diuidit inter plures: vñ cogimur nūc latiꝰ tāto vagari: quo minꝰ in locis singlis dat nobis. Q̄d eni aliqñ offerebat nob nō q̄rentibꝰ: nūc vix ꝑ diuersa minutatiꝫ colligimꝰ cū robore. Et opꝫ nos petere: qꝛ nō petentibꝰ parū dat: qꝛ ex multitudine petentiū hoīes sunt lassati. Qui aūt ꝑ se nihil hñt: necesse ē eos oīa qbꝰ indigēt ab alijs postulare: vel carere: nisi velint illicite acqrere: vel quocūqꝫ mō apđ alios deseruire: vel nisi gratis eis donet. ¶ Quarta causa: nō tñ oīno cōmendabilis: sed ꝓ aliqua parte excusabilis accedit: qꝛ q̄ non est patiēs penurie in his qbus indiget: plura eum cōqrere oportet. ꝛc.

¶ Questio. ix.

Item q̄ro. Que pōt esse huiꝰ impatien

tie causa nisi voluptuositas: q̄ nil vult sibi deesse illoꝝ q̄ appetit: q̄ oīnis religiositatis est exterminium? Rñdeo. Hoc ꝛ si in qbusdā habeat locū: nō tñ est potior causa: sꝫ alie q̄dam. ¶ Una: qꝛ vt dictū est: plures habemꝰ debiles ꝛ infirmos q̄ꝫ olim: cū oēs fere erāt noui in ordine: q̄ cū lassati iam ꝛ exhausti sint viribꝰ: opꝫ vt reficiant: nec penitꝰ deficiāt: qđ eēt ꝯtra mie. charitatis: ꝛ discretiōis ꝟtutē: cū tales maxime ꝯsilio suo: ꝛ zelo: ꝛ pietatis exēplo sustētēt ordinē in suo vigore: ne subito corruat a ꝑstina puritate. Licet ꝟtute corꝑali iam nō sicut olim eminēter extiment lucere ꝓpter corꝑis destructionē. Aut opꝫ ꝙ ꝯtra miam deficere subito ꝑmittant: ꝛ tunc ex hoc magis fouebit in ordine carnalitas: qꝛ qlibet iuuenis ꝛ sanꝰ instructꝰ carnis prudētia: cogitabat apđ se dicēs. Si tales viri ꝓ edificatiōe ordinis corꝑa sua tradiderūt oībus laboribꝰ: mō debilitati sic ꝑmittunt absqꝫ mia perire: volo mihi cauere ꝛ parcere corꝑi: ꝛ illđ fouēdo custodire: ne mihi silr cōtingat. Et sic aliqs audebit de cetero vix feruēter in dei huitio se exercere. Si aūt debēt debiles misericorditer resoueri: expedit vt etiā alij q̄ vnū corpꝰ societatis cū eis sunt: ꝛ eis seruiūt: ꝛ labores ordinis ꝓ eis in domo. in diuino officio. in frigore: ꝛ petendis eleemosynis: ꝛ alijs obsequijs patiunt: aliquo mō mitius ꝑtractētur: ꝛ meliꝰ reficiant: vt minꝰ de illis scandalizent: ꝛ minꝰ murmurēt cōtra eos: quasi ipsi soli ꝯsumāt oīa q̄ offerunt: vt patiētius ꝓ eis laborent: ꝛ hilarius ministrēt: ꝛ vt ipsi debiles minus erubescāt: ꝛ ꝯfidētius audeāt necessi-

santes Frēs ab excessu apparente ī mēdicationem.

Propter mita excusat ipatientia penurie.

tates suas accipe: cum videant alios etiam secum esse participes in cōsolatione. Sani ergo ⁊ fortes nō debent ꝓpter se ista appetere: nec sue industrie ascribere: q̄si petentibꝰ eis elemosyna in ista offerunt: sed cogitare debent (sicut ⁊ veritas est) ꝙ deꝰ ea ꝓpter debiles ministrat: ⁊ in tanta copia: ꝙ exinde etiaȝ sani ꝯsolent. Propter p̄missas rōnes vult etiam deꝰ veritatē sue ꝓmissiōis: ⁊ euidentiam sue liberalitatis ostēdere: dum nob̄ q̄ nullos certos redditus ꝑ ipso h̄re decreuimꝰ: ⁊ totā solicitudinem in eū iactauimꝰ: indulgentius necessaria ministrat q̄ alijs q̄busdaȝ: q̄ lata p̄dia h̄nt: ⁊ loculos plenos: ad hoc vt ei securius ꝯfidamus: ⁊ fideliꝰ seruiamꝰ. ¶ Alia causa est: q: eoꝝ q̄ nuper de seculo venerūt: q̄dam delicate sunt nutriti ⁊ cum in ordine subito cōtra solitum cogunt̄ aliter viuere in labore: ⁊ victu: ⁊ coertiōe magisterij: trita caro tenera lāguescit: ⁊ nisi clemēter foueant̄ donec paulatim assuescāt ordinis pati rigorem: aut semp tabescēdo lāguescent: aut ex rigoris horrore: ad vomitum reuertent̄: ⁊ ideo expedit vt supra. ¶ Tertia causa est spūalis studij: nam assiduum lucrum in studio sacre scripture. in deuotionis desiderio. in tentatiōis certamine. in interne solicitudinis vigore: ita ꝯsumit ⁊ desiccat vires corpis: vt nisi exterius quādoq3 aliquatenꝰ refocillent̄: non valeant diu subsistere. ¶ Quod aūt aliq̄n lautiores cibos ⁊ potꝰ h̄re videmur: hoc est ꝓprie mendicoꝝ: q̄ dum nō reseruāt in posterū: vt cumulos congregent: vt p̄dia lata comparent: statim comedunt ⁊ bibunt ea que dn̄s administrat. Et q: ꝑ honestate ⁊ deuotione sua pleriq3 dant nob non de vilioribus: sed de melioribus q̄ dn̄s dedit eis: etiam nos cū interim non habeamꝰ alia q̄bus vtamur: ne videamur ingrati ⁊ auari: comedimus ⁊ bibimꝰ que offerunt̄ nob̄ indifferenter: tam illa q̄ alia: iuxta illud regule. De oibus cibis q̄ apponunt̄ eis: liceat māducare. Mendicus enī si recusat ea q̄ offeruntur: cum nō habeat vnde alia emat: remanebit inanis. ¶ Qz vero diuersi diuersa: ⁊ aliquando quasi aduersa mirantur de nobis: vt cum illi reprehendant in nobis carnalitatem: alij vero duriciam: q̄lib3 pro visu suo ⁊ affectu: oportet nos singulis de suis questionibus respondere: ⁊ rōnem reddere: lic3 sequentia precedentibus continuato ipsis ordine ad hoc non cohereant: sed modo de hac modo de alia tractemus. ⁊c.

¶ Questio. x.

Item quero. Cuȝ omnibus debeatis

cupere vt saluent̄ vobiscū: quare indifferēter nō oēs recipitis q̄ desiderant: cum nō arctet vos p̄dioꝝ paucitas sed apta sit oibus via mendicādi? Respondeo. Oēs q̄dem cupimus saluari: ⁊ nulli ꝓhibere possumus licentiam mēdicitatis: sed oēs passim recipe nō expedit nob̄: nec ecclie dei. Nob̄ non: q: varie sunt ꝯditiones hoim qualitates: ⁊ mores. Multos enī sepe recipere mus imbecilles: q̄ non possent rigorē ordinis sustinere: multos pauperes q̄ non ꝑ deo sed ꝑ sustentatiōe vite viuere desiderarēt nobiscū: multos incōpositos moribꝰ: quos vix corrigere ab inolita ꝯsuetudine possemꝰ: ⁊ ꝑ tales dissolueret̄ ordinis disciplina ⁊ impediret̄ ꝓfectus alioꝝ: ⁊ nō sufficerēt eos alij pascere: nec eis seruire: nec inuenirent̄ tandē q̄ possent eis p̄esse: ⁊ omnes

Qualr̄ non expedit receptio indifferens fr̄m ad ordinem.

simul in corpe ꝛ spũ quasi ↄfusa multitudo perirẽt:q̃ nec regi valet:nec congrue sustentari. ¶ Eccle filr nõ expedit:q2 cũ sit ordo ad edificationẽ eccle ↄstitutus:ꝛ multitudo receptoꝝ magis ↄfusionẽ induceret:nec de ↄuersiõe multoꝝ exemplũ edificatiõis accipet sed scãdalũ:vbi religiositatis:excepto solo habitu:nihil inueniret. Minus eñ malũ est nõ esse religiosos vel noie vel habitu:vbi nõ viuũt sicut religiõis eoꝝ forma reqrit:q̃ȝ vt sint ꝛ p vitã eoꝝ puersam alios scãdalizẽt. Sicut meli⁹ est lucernam nõ esse in domo:q̃ȝ esse ibi tñ fetidã ꝛ nõ lucentẽ. Nimis etiã foret onerosum fidelib⁹ tot mendicos vnius ordinis pascere:a qbus nullum vel modicum habuerint edificationis psidium. Sed tot ꝛ tales solũ recipi expedit:q sine onere eccle pasci possint:ꝛ q valeant eccle in spũalibus rñdere ijs que ab ea in carnalibus recipiunt pro corporum sustentatione. ꝛc.

Questio.xj.

Item quero. Cur nõ laboratis manibus p victu:vt nõ sitis eccle onerosi in elemosynis petẽdis? Rñdeo.

Si de puro labore manuũ deberem⁹ viuere:tñ vrgeret nos opis instãtia:q̃ȝ aliorũ lucris intẽdere nõ possem⁹:nec diuina officia libere celebrare:nec orõni libere vacare. Cũ eñ ad ↄfessionẽ vel pdicationẽ frater vocaret:rñdere cogeretur. Opus meũ quo victui meo hodie deseruire debeo:nõdum expleui:ꝛ ille cui laboro priusq̃ȝ deseruiã:nõ dabit mihi mercedẽ debitã:ideo nõ possum venire. Alias aũt oẽs pter infirmi laborãt:alij in studio vt fideles erudiant. alij in diuino officio ꝛ laudib⁹ dei. alij in colligendis elemosynis p sustentatione cõi. alij in officijs domesticis infirmis ꝛ sanis ex iniuncta obedĩetia ministrantes:qdam q sciũt artes aliquas mechanicas pro fratribus ꝛ extraneis exercentes:sicut mutuo cooperantur inter se formice ꝛ apes. qdam per obedientiam missi diuersas terras pambulãt:cũ nũcios alios idoneos non habeamus:ꝛ sic nullus impune pmittitur ociosus.

Q̃ð nõ opꝫ frẽs laborare vt seculares.

¶ Questio.xij.

Item quero. Si de quolibet ordine et religiõe possit qs trãsire ad rlaȝ ꝛ ordinẽ scti Frãcisci seu frm̃ minoꝝ?

Ad hoc sine piudicio melioris sentẽtie:rñdeo q̃ sic:vbi sine scãdalo aliorũ põt fieri. Propter qð maxime phibet nob de qbusdã religiosis nõ recipiendis: cũ scãdalũ tale mai⁹ malũ q̃ȝ alioꝝ receptio sit bonũ. Cũ eñ tria sint pincipalia ois religiõis. s. obedĩetia castitas ꝛ pauptas:in rla ista sint q̃si altiora ꝛ strictiora q̃ȝ in alijs ordinib⁹ ꝛ religiõib⁹:sicut ptꝫ in rla ista:ↄstat q̃ fm hoc religio ista altior sit ꝛ strictior alijs ordinib⁹:ꝛ ideo de qualibꝫ religiõe psit se curre ad istã intrare:dũmodo nõ ex leuitate sꝫ ex spũ dei ducti. Naꝫ ꝛ si aliq sit qbusdã corpalib⁹ exercitatiõib⁹ strictior:vt in abstinẽtia carniũ:ꝛ silẽtio:ꝛ officio ecclĩastica ꝛ silib⁹:q̃ tñ ex sublimioꝝ obedĩetie paupertatis ꝛ castitatis ṽtute facile recõpensant:sicut modicũ põdus auri in pcio pualet magno põderi argẽti vl' alteri⁹ metalli. j. Timo. iiij. Corpalis excitatio ad modicum vtilis est. ꝛc.

De eminentia ordis minoꝝ sup altos ordines.

¶ Questio.xiij.

Item quero. Si de ista religiõe possit aliqs ire ad aliam post factam in ea pfessionem? Rñdeo. Saluo meliori iudicio non nisi per dispensationem sedis aplice: cum hoc expresse i ipsa regla probibeatur. ibi. Nullo modo licebit eis. zc. Nam cum non inueniat altior regula vel strictior seu equalis: patet q non licet cuiq per seipsum ad inferiorem ordinem transire. Luce. 14. Omnes q vident icipient illudere ei dicentes: qz hic homo cepit edificare: z non potuit consumare zc.

¶ Questio. xiiij.

Item qro. Si liceat ordini eijcere aliquem p demeritis: vel egresso z petenti receptionẽ denuo denegare? ¶ Cum eni ordo in pfessione versa vice se obligauerit: vt sicut iste ligatus esset ordini: ita e conuerso: videtur quod ordo tenetur semper recipere si exigat: ne promissum suum videatur irritare si nollet eũ tenere quem spõponderat nunq derelinquere. ¶ Uidetur etiam q ordo nõ possit talem licentiare ad alium ordinem: qz non inueniet alibi qd hic promisit: z ita faceret eum voti sui trãsgressorem: z sic peccaret. ¶ Uidetur etiam q cum isto nõ possit compelli ad alium ordinẽ: cum nulli ordini se obligauerit nisi isti: z nõ debeat cogi inuitus ad qd se nullo voto astrinxit: etiam si alium ordinẽ inueniret isti equalem: videtur iste ordo esse in culpa si talis vagetur in seculo: cum nolit eum recipere penitentem: z ad aliũ ordinem nõ debeat: vel nõ possit eũ cõpellere: z si punit eum vel excõmunicat: q iniurietur ei. Immo si nõ tenetur eũ ordo recipere nec vult: iam punit nõ suũ subditũ: z si punit eũ corpalr capiendo vel castigãdo: videt in canonẽ incidere iam late sentẽtie: cũ sit clericus vel regularis. Si aũt ordo nõ vult eũ recipe: z nõ cõuenit eũ aliã religionẽ intrare: vel alij nolũt eũ recipe ad quos licentiatus est trãsire: z p hoc a fratribus ligatur excõicatione vel nõ absoluit: ponit in laqum pplexitatis inexterminabilis: vt quasi ex oi parte pclusa sit ei via salutis: qd videri saluari nõ põt: vel nõ debz fieri. Luce. ix. Filius hois nõ venit aias pdere sz saluare. ¶ Ut aũt sup his aptior pateat ratio: qd ordini vel egresso faciendũ sit in istis: nota. Cũ aliqs ingressum petit istius ordinis: si recipit: sit ei magna gra: z multiplex: z de naufragio peccati eripit: z sociat illorz collegio q ambulãt in via dei: tali cõditiõe: vt z ipse gradiat in eadẽ via cũ eis seruãdo illa pter q ordo est institutus. Quãdiu ergo sic gradit postq ad pfessionẽ receptus est: nõ põt eũ ordo abijcere: qz sicut ipse iam ligatus est ordini: ita z e cõuerso: vt neutrum liceat alterz relinqre vllo modo. Si aũt frater aliter viuit q lz in ordine: z sepius correctus se nõ sufficiẽter correxerit: si excessus occultus sit: tolleretur: z cũ cautela pter scandalũ: ne si abijceret: cũ eius culpa nõ pateat: videret iniuste piecius: aut pctm iniuste ppalaret: qd vtrũq illicitũ videtur. Si vo excessus eius graues fuerint z notorij: q alij eius exẽplo possint infici si retineat in ordine: z extranei scãdalizarent q talis in ordine sustineret: tum pter auferendũ scandalũ. tum pter corruptionẽ ordinis pcauendũ: debz tuci puaricator voti z pacti sui: qz iam ordo nõ tenet ei de pmisso tenẽdi eũ

Q̃d ordo tenet recipere eiectum vel egressum redeuntem.

Qñ pt aliqs frat eijci ab ordine.

secū q̄ ꝓmissū suū ꝑuaricādo pluries violauit:cū ideo sit vocatus ordo:q̄ nil in se iordinatū patiaꝛ. Quot si (deo ꝑmittēte) talis seipꝫ eijcere: gratie, sūt deo referēde:nō q2 ille peccauit:sꝫ q̄ oues suas a pestifera ꝯtagiōe liberauit. Gal. v. Utinā abscindāꝛ q vos ꝯturbāt. s. puritatē vr̄am. pacē:ꝛ famā. Si aūt allegaꝛ q̄ in iſo ē miſatio adhibēda:vt iteꝝ recipiaꝛ in ordine:dici pōt. Crudelis ē miſatio vn̄ plures ꝛ meliores grauiter offendūꝛ. Sicut q iurē liberaret. vn̄ paupes spoliarenꝛ:maxime cū tales lōgo vsu tepefacti: rarissime ꝯ ꝛ ꝑseuerāter emēdanꝛ:ꝛ facilis remissio:alijs audaciā ꝑbeat delinq̄ndi. Nec pōt allegare sibi iniuriā si nō recipiꝛ:q2 ipse talē se fecit ex culpa ꝓpa q̄ recipi sit indign⁹. gn poti⁹ ordo hꝫ causā ꝯtra eū agēdi:ꝓ eo q̄ sic se dehonestauit. Un̄ pōt eū punire ꝓ meritis:vel tradere curi seculari:nisi faciat q̄ teneꝛ. Sedes em̄ aplica q̄ ius suū vnicuiqꝫ suat:ꝛ vult ordinē i sua puritate ꝑsistere:nō cogit ordinē tenere illos quoꝝ ꝯuersatio nociua eēt i ordie: q2 tūc puniret innocēes:ꝛ reos foueret:ꝛ occasionē daret ordinis corruptiōi ꝑ tales pestiferos si eos recipi oporteret. Sꝫ ne dānabilr vagenꝛ in sc̄lo:ex gr̄a sedis aplice:ordo dat eis licētiā (quos iudicat nō recipiēdos esse) ad aliū determinatū trāseūdi vbi saluenꝛ. Ad quē etiā trāsire tenēꝛ:si pn̄t:alioq̄n nō erūt in statu salutis. Sicut Loth nō volēs mōtē ꝯscēdere:ꝯcedēte angelo: i segor paruula saluaꝛ. Propa auctoritate nō pn̄t ordinē deserere quē vouerūt:nec aliū intrare sine ordinis sui licētia:vel summi pōtificis:q2 vt dictū est:ad inferiorē regulā nō lꝫ eis trāsire altiora ꝓfessus. Qd̄ aūt talis aliū cogiꝛ intrare ordinē si in isto nō recipiꝛ:cū in aliū nō vouerit nisi istū:inde ē:q2 cū vouit istū:sic alligauit se religiōi:q̄ ꝑm ius canonicū nullaten⁹ redire pōt ad sc̄lm: vel ad laxiorē vitā trāsire ei liceret. Et ideo si demereꝛ in ordie quē vouit nō retineri:sic ex pctō suo nō sit ꝯditio ei⁹ melior facta vt iā possit eē liber:sꝫ potius deterior:opꝫ eū aliū ordinē intrare:ꝛ illū suare:si vult suari. Et ad hoc cogit eū statutū vniuersalis ecclie:nō ordo iste:ex cui⁹ gr̄a ꝑmittiꝛ ei ad inferiorē ordinē trāsire cū supiorē nō inuenit:ne adit⁹ ei salutis ꝑcludaꝛ. Si aūt velut in sc̄lo vagareꝛ:ex quo ordo nō vult eū recipe:nec ad religionē ꝯcedaꝛ sibi trāsire i spacio tpis sibi determinato:lꝫ iā videaꝛ ab ordinis iurisdictiōe exēptus cū nolit eū ampli⁹ tenere:tn̄ ex auctoritate summi pōtificis cui⁹ iurisdictiōi nō est subtract⁹:pōt eū ordo ipetere:ꝛ ꝑ cēsurā ecclasticā: vel ēt ad alias penas corꝑales pōt coercere cū vice dn̄i pape:q̄zdiu nō habuerit aliū iudicē reglarē cui se subiecerit:regulā ꝛ ordinē illi⁹ stabilr assumēdo. Spōte etiā egressus ordinē istū:si nō de licētia ei⁹ intrauerit aliū ordinē ad quē licētiari posset:pōt cōpelli vt redeat:cū adhuc sit sub iurisdictiōe ordinis isti⁹: a qua nō pōt semetipꝫ eximere:nisi frēs dent ei licētiā ibi stādi:ꝛ nolint euꝫ recipe vl tenere. Hec oīa iā statuta sunt:ne qs pedē ponat in lubrico:ꝛ obscurat⁹ offendat:sumptis leuib⁹ occasiōib⁹ recedēdi ab ordine:vel ad aliū ꝓhibitū transeūdi:vel etiā inordinate viuendi. ¶Questio. xv.

Item q̄ro. Cū multitudo sit sepe occa-sio ꝯfusiōis:eo q̄ regi nō possit:cur multiplicatis nūeꝝ i recipiēdo iutiles: ꝛ oneratis vos ipos:ꝛ alios? Rn̄deo. Inutiles oīno scieter nō recipim⁹:sed

¶ Quadrupler causa receptionis fratrum.

pter spem nostram aliquotiens sic contingit. ¶ Quattuor enim causis solemus recipere supuenientes. ¶ Una est compassio perditionis eorum: quia vix extra ordinem in seculo saluarent. Sicut quis de igne vel aqua periclitantem rapit: vel de alio discrimine. ¶ Secunda propter profectum ordinis: quia ex scientia: et industria. morum honestate: et reuerentia quorundam: futurus presumitur. ¶ Tertia propter aliorum edificationem: vt multi de talium conuersatione qui aliquo modo sunt famosi in seculo emendentur: et eorum incitentur exemplo. ¶ Quarta propter precium instantiam quam ipsi faciunt per se: et alij pro eis: nimia importunitate obtinentes aliquos recipi: quibus denegari non potest. Sicut autem agricola sepe seminat et plantat in spe quod omnia conualescant: quod tamen plerumque in aliquibus non euenit: ita contingit et in religiosis ad ordinem receptis. Luce. viij. Aliud cecidit secus viam etc. Seminat plures sulcos: vt si aliqua pereant: alia pro illis conualescant. Si tamen omnes conualescerent: seges copiosior proueniret. etc.

¶ Questio. xvj.

Item quero. Unde est quod videmus aliquos religiosos moribus ita distortos et rudes sicut aliquos seculares: superbos. vanos. cupidos. inuidos. detractores. iracundos. contumeliosos. desides. dissolutos. auaros. inuerecundos. delicatos. gulosos. garrulos. lasciuos. et quod ex his oritur: forsitan incontinentes? Rñdeo. Religio est schola virtutum: in qua sicut in alijs disciplinis et artibus discendis incumbitur. Videmus autem quod alius alio peritior est: alius rudior: alius diligentior. alius segnior. Hec autem differentia ex quinque causat. ¶ Una causa est: quod alicubi informatores habent quorum eruditione boni discipuli nutriunt. Ubi autem non habent: aut rudes in spiritualibus erunt discipuli: aut erroribus varijs sub specie boni per sensum proprium seducunt: habentes quidem zelum iusticie sed non secundum scientiam: et sic a perfectione virtutis plurimi retardant: vt vel malum extiment bonum: aut minus bonum putent optimum: aut alia via quam debeant ad perfectionem tenendam. ¶ Secunda causa est defectus seu copia bonorum exemplorum: quia noui in religione sepe tales fiunt: quales alios esse vident. Sicut in sigillis: cera talem imaginem recipit: qualis fuit impressa. Et fiunt sancti cum sanctis: boni cum bonis: peruersi cum peruersis. ¶ Tertia causa est nouitas in religione: quia incipientes non possunt vel non debent illa que habent prouecti vel perfecti. Et ignoscendum est eis in aliquibus: et patienter expectandum: donec crescant et addiscant que nondum apprehendere voluerunt. Roma. xv. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere etc. Qui a puero exigit labores viri: et ab infirmo vires robusti: et a scholari vniusanni vires magistri: imprudens est. j. Cor. xiij. Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus. etc. Ex hoc arguitur stoliditas secularium quorundam: qui dum vident aliquem religiosum in aliquo offendere: omnes religiosos despiciunt: quasi omnes tales sint. cum ipsis videretur iniustum si quis eos propter aliena vitia deteriores haberet. ¶ Quarta causa est defectus gratie. Non enim omnes omnia possunt. Sicut enim multi vellent esse diuites et non possunt: ita non omnibus datur equalis gratia spiritualium donorum. Roma. vij. Velle mihi adiacet: perficere autem bonum non inuenio. ¶ Quinta causa est voluntas propria: et si non omnia adsint predicta: dum quis diu stetit in religione: et bonorum exempla desperexerit:

Profectus aut defectus religiosorum: ex quintuplici causa prouenit.

doctrinam non curauit. grām abiecit: vtuti non studuit. vitijs se subdidit. sicut heu plures sub religionis habitu: velut dealbata sepulchra: in scandalum: alijs contegūtur. Math. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei et hypocrite: qui estis sicut. etc.

¶ Questio. xvij.

Item quero. Cum religio deberet esse

sicut speculū in domo: quo discāt intrātes agnoscere deformitates suas vt eas abstergāt: quare nō oēs discolos eijcitis p quos religiōis puritas deformat: si tū nō estis tales oēs q illos fouetis? Respōdeo. Bona religio malos odit: nō fouet: nec tū oēs prauos eijcit: et hoc his de causis. ¶ Una ppter spē correctiōis. Sicut egrotās nō eijcit in mare qādiu spes vite fuerit. Ita et de lapsis i ordie itellige: cū multi lapsi p penitētiā surgētes: postmodū sanctiores fuerāt: et aliquotiēs meliores fiūt q̄ q lapsi nō fuerit. Sicut dauid et alij plures. ¶ Scda ppter defectū pbatiōis: qz lz ex aliqb⁹ piecturis timeat aliquis malus: tū aptc nō videt cōmunitati. Sicut si aliqs timeat leprosus eē ex aliqbus signis: et nō pōt adhuc plene iudicari: lz latet morb⁹: et ideo iter sanos adhuc tolerat. ¶ Tertio ppter scandalū: qm̄ fratrib⁹ tm̄ notū est crimē illi⁹: sed apd extraneos reputat honest⁹: q si viderēt eū eijci: et tū nō scirēt causā: putarēt ex inuidia fieri: vel cogitarēt reliquos oēs esse tales: cum iste de quo tm̄ psumebant: occulte fuerit vitiosus. Nam dn̄s cognouit. Iudā esse vitiosum: et in exemplū nob tolerauit eum: cū crimen eius alijs foret occultū: donec p aptam iniqtatem pdidit semetipsum. etc.

¶ Triplici ex causa nō debēt mali frēs eijci de ordine.

¶ Questio. xviij.

Item q̄ro. Cū quelibet religio sibimet

placeat et alijs se pferat: q sunt maxime i qb⁹ bona religio agnoscat: in qbus alia melior altera extimat? Rn̄deo. Sepe in vno et in aliqb⁹ pcedit vnus ordo alterū: vt iste i labore. alter i silētio. ali⁹ i abstinētia: et silib⁹. Sz gn̄aliter in istis agnoscit qs sit melior. ¶ Un̄ si in studio oīs vtutis: vt cōiter psone illi⁹ ordinis feruēti⁹ et freqnti⁹ exercent: maxime charitatis. hūilitatis: et interne deuotiōis: ē signū bone pcellētie et pfectiōis. ¶ Scdm: si oīa vitia et scādala odio hnt: et solicite cauēt: et occasiōes peiorū amputāt et extirpāt: et mūdiciam diligūt et pseruāt. ¶ Tertiū est: si boni apd eos diligunt et fouent: et despectis alijs in regimine aiarū soli assumunt: et p eos maxime gubernat ordo. Eccli. xix. Qui negligit modica: paulatim decidit. ¶ Quartū: si a sclari freqntia se subtrahūt: et honores fugiūt: diuitias nō ambiūt: et pformari huic sclō tam in moribus q̄ factis: seu qualibet apparētia erubescūt. ¶ Quintū: si dampnū et iniuries illatas: ac despectiōes tacite sufferūt: nec p q̄rimonias vidicare se cupiūt: sz deū oīz ispectorē attēdūt: q suos cū vult pōt defendere. Cū ho expedire eis non erit: pmittit eos p altiori pmio tribulari: et patiēter ferūt donec placuerit deo alit ordiare. Que ista signa plan⁹ hn̄t religiōes: meliores sūt: et q min⁹: sūt min⁹ bōe: et q nihil: nihil sunt. Qui et singlāriter in sch̄: bon⁹ ē: etiam si alij cōiter nō habent.

Iu qnqz agnoscit: q religio sit altera melior.

¶ Questio. xix.

Item. Videmꝰ ordines oēs religioso-
rū deficere ī vita religiosa: etiā si in tꝑalibꝰ ⁊ qbusdā cerimonialibꝰ videā-
tur ꝓficere. Causas huiꝰ defectꝰ vellē scire p̄cipuas. Autem nō deberetis in-
cipe qđ nō potestis ꝑficere: aut in inceptis ꝓ posse ꝑseuerare: alioqn p̄uarica-
tores voti merito reputabimini. ¶ Rn̄deo. Omne qđ nō hȝ esse suū a se:
deficiēdo decidit in nō esse: nisi sustentet ab eo q dat ei esse. Sic ⁊ ois ordo: ⁊
ois homo. Unde nō solū ordines religiosoꝝ. sed etiā epoꝝ: ⁊ clericoꝝ: ⁊ lai-
coꝝ: ⁊ vniuersalis statꝰ multū deficit quantū ad cōtinuē statum in eo qđ in
principio fuit: cū oēs fideles erāt ꝑfecti ⁊ sancti: quales nūc raro videmus.
Actuū. iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnū: ⁊ aīa vna ⁊c. Licet autem
olim cōmuniter oēs boni ⁊ sancti fuerint: tn̄ modo multo plures sunt san-
cti in eccl̄ia dei. Sȝ q̄ mali plures sunt: ideo nō apparēt sancti respectu mul-
titudinis alioꝝ. Sāctitas etiā vera nō ɔsistit in exercitatione corꝑali: sed in
v̄tutibꝰ mentis. Et q̄ iste nō apparēt exterius: nisi modice ex qbusdā signis
opeꝝ: ⁊ sancti nō querūt videri ab hoībus vt laudent: sed occultant bona q̄
hn̄t singulariter p̄e ceteris: ideo pauci sancti modo in eccl̄ia vel ordinibus
esse videnť. ¶ Cause aūt quare cōmunitas in religiōe deficit: sunt magis cō-
munes iter alias. ¶ Una ē multitudo itrantiū: q̄ multi nō pn̄t tā facile flecti
sicut pauci. Sicut nauis magnā difficiliꝰ gubernaǐ q̄ȝ parua. Et vbi multa
capita: ibi multa cerebra: q̄ oia nō pn̄t ad vnū sensum deflecti. ¶ Scđa: cum
subtrahunť q p̄mo tenuerūt ordinē in suo vigore: vel cū debilitāť in corpe:
nō pn̄t iunioribꝰ ardua rigoris dare exēpla sicut p̄us: ⁊ noui q priora opera
nō viderūt: imitanť eos tn̄ in his q̄ nūc vidēt in eis: ⁊ fiūt remissi ⁊ sub spe-
cie discretiōis ne seipsos sicut antiq destruāt: parcētes corpi. Et q̄ internas
v̄tutes quas antiq habuerūt nō agnoscūt: vbiqȝ neglecti sunt: q̄ nec exteriꝰ
exercenť: nec interiꝰ v̄tutes apphendūt. Etiā: q̄ antiq nō valēt mō eos exem-
plo p̄ire: timēt etiā eos in ꝟbo corrigere: q̄ solēt dicere iuniores. Uerba qdē
bona sunt q̄ dicūt nobis: sȝ opa nō ondūt: ⁊ sic magis scādalizāť. ¶ Tertia cau-
sa ē: q̄ q̄d qlibet nō didicit nescit docere. Uñ cū regimen ordinis deuoluiť
ad istos iuuenes: tales nutriūt quales ipsi fūt. Ita q̄ iā prior ī fr̄m fabulatis
ꝯtiť: nō trahiť in exēplū. Immo se tn̄ reputāt illis p̄oribꝰ meliores: quo mi-
nus agnoscūt q̄ sint ꝑfectoꝝ v̄tutes. Et dū exēpla q̄dā exteriori disciplia cō-
ꝯuāt ī choro: vel ꝓcessiōali igressu: ⁊ hꝰ: audēt asserere q̄ statꝰ ordinis nū-
q̄ȝ fuerit ita bonꝰ. ¶ Quarta causa ē: q̄ paulatī subintrāt nō bōe ɔsuetudi-
nes: q̄ statī ab alijs trahūť in exēplū. Et si aliq zelū dei hn̄tes illa redarguūt:
audacter defendūt alij: quare sibi nō liceat qđ alijs pmittiť: ⁊ ꝓ lege tenebiť:
cū ex vsu iam veniēs videaǐ: ita q̄ vix de cetero poterit extirpari. Rectores
quoqȝ ⁊ si talia nō diligāt: tn̄ ne malus malū sequaǐ dissimulant: vt pacifice
cū fratribꝰ viuāt. Cūqȝ vna ɔsuetudo talis facta fuerit tollerabilis: ɔseqn-
ter introduciť alia quasi coherens priori: vt si illa adimiť: ista vetus tollere-
tur. ¶ Quinta: occupationū freq̄nter emergētiū: q̄ corda distrahit: affectum
deuotiōis extinguit: mores altera: interiꝰ occasiōes vicioꝝ inducit: ⁊ ne de sua
correctione efficaciter cogitēt: semꝑ noua impedimenta religiosis inflectit:

Multiplex causa relaxationis religiosorum.

donec tādē ↄsuescāt sola exteriora cogitare. Et obscurato ↄsciētie oculo: et tn̄ desut: occupationū causas inpudēter q̄rere. Sicut sanson cecatus: in carcere molā traxit. Judicū. xvj. ¶ Sūt ꝛ alie spāles cause quorūdā ordinem: vt nimia inopia: ex q̄ cogūt fieri proprietarij: dū sibimet videt q̄lq3 prouidere: q2 nō prouidet eis in cōi. Jtē nimie opes: ex qbus fiūt carnales. supbi: ꝛ multiplicit vitiosi. Jtē freq̄ntia int seculares: ex q̄ orit multarꝫ tētationū carnaliū materia. Jtē freq̄ns mutatio plator: q̄ ꝛ si p parte bōa fit in q̄tū mali abijciūt: tn̄ in eo nociua ē: q2 boni dū cito sperāt absolui: nō p̄sumūt aggredi: vel nō pficiūt vt reformēt statū ordinis: ꝛ rebelles subditi poti⁹ laborāt vt deponāt: q̄3 vt stat⁹ debite reformet. Jtē si vnus plat⁹ q̄nq3 vult reformatiōi intēdere: ab alijs quoquo mō impedit: vel ad min⁹ nō iuuat ab ijs quorū auxilio indigeret: vt por nō adiuuat ab abbate: vl' abbas abepō: ꝛ ō silijs iudicet. Vñ rebelles subditi appellāt ad illos quos sciūt sibi in sua rebellioe fauere. Jtē si aliq in vno loco diligetēt reformare statū i meli⁹: mittunt ad aliū locū vbi nō inueniūt qd̄ q̄rebāt. Ex his atq3 alijs causis: stat⁹ religiōis deficit: vt nō solū fiat deterior: s3 ēt q̄si despectabilis: q2 vix vnq̄3 nisi de⁹ ordinet aliter reformet. S3 q2 diligētib⁹ deū oīa cooperant in bonū: qd̄ nō fit in cōi: pōt fieri in particulari. Quilib3 pficere volēs: ↄuertit ad lucrū suū alior detrimētū: ꝛ oēs vias alieni defect⁹: ad pfectū suū cū dei grā extorquet. Et sicut electorꝫ glīa ex hoc maior erit: q2 reprobor societati admixti: eorꝫ nō imitant exēplū: q sunt ipsis tētatiōis ꝛ exercēde v̄tutis materia: ita ꝛ boni religiosi nunq̄3 tāti fuissent meriti apd̄ deū: si nō a tepidorꝫ friū defectibus ad multiplicē v̄tutis luctā assidue expediti fuissent. Vñ apostol⁹ inter cetera v̄tutū suarꝫ merita qb⁹ se ministrū xp̄i excellēter glīat: ↄnūerat picula i falsis fribus: eo q2 ei ꝛ alijs bōis multiplex sit occasio v̄tutis. s. q2 pmo eorꝫ praua exēpla sunt bōis tētatiōis materia: ꝛ sic victorie causa. Jtē scd̄o: zelo iusticie circa eorꝫ vitia accēdūt: ꝛ vrūt scādalis īfirmorꝫ. Jtē tertio: eorꝫ miserijs cōpatiunt: sicut mr̄ filio ad pditionē ppetātī. Jtē q̄rto: magis laborāt bonis exēplis eos corrigere: ꝛ monitis: ꝛ orōnib⁹: ꝛ bn̄ficijs. Jtē q̄nto: distortos mores patiēter tolerāt: ꝛ iniurias q̄s eis p iusticia īferūt. Jtē sexto: ex eorꝫ ↄtubernio despectiōes sustinēt ab extraneis: q̄si ipsi sint tales. Jtē septimo: timidiores: ac p hoc hūilliores fiūt: ꝛ ne cadāt sollicitiores sūt. Jtē octauo: dō magis referūt grās q2 eos ne tales eēnt benigne d̄fenderit. Jtē nono: ex malis iuxta se positis: v̄tutes iustorꝫ clari⁹ elucēt: ꝛ pulchri⁹ fulgēt. Jsta ꝛ alia bōa sunt q̄ de⁹ elicit ex ↄsortio malorꝫ cū bōis. Sicut eni accidētale gaudiū bonorꝫ cumulat vīa pena dānatorꝫ: ita ēt i eccl̄ia quedāmō decorat rectitudinē iustorꝫ deformitas iniquorꝫ: disponēte hoc supna sapiētia: q̄ nil inordinatū in omī regno dimittit. ꝛc.

Noue vtilitates pueniunt bonis ex societate cū malis.

¶ Questio. xx.

Jtem quero. Cū nihil debeatis appetere terrenū: nec honores: nec res pro q̄bus solent hoīes inter se ↄtēdere: ꝛ sibi mutuo inuidere: q̄ causa est q2 sepe videm⁹ inter religiosos eē dissensiōes: ꝛ inuidias: sicut ꝛ inter seculares: vel aliq̄n acriores? Rn̄deo. De his q̄ irrationabiliter fiūt reddi nō pōt ratio ↄgrua. Vñ si aliq sub habitu religionis: tales aliq̄ videnk: nō est alia ratio nisi eorꝫ impfectio: ꝛ q2 habit⁹ mentis non

¶ Duplici ex causa accidūt dissensiones inter bonos et sctōs viros.

bꝫ interius qđ ondit habitꝰ vestis exteriꝰ: ꝛ tōsura capitis. Boni aūt si aliqñ dissentire videñt: hoc his de causis fieri ꝯsueuit. ¶ Una cū nō oēs agnoscāt equaliṫ ṽitatē in oībꝰ: ꝯtingit qđ aliqs ītelligit illđ ꝑ alia parte non fore expediēs: vel aliđ magis fore expediēs q̄ꝫ illđ. Et dū vterqꝫ hoc ipe meliꝰ iudicat: vult ꝓmouere: ꝛ qđ nociuū credit: vult ipedire: sic dissensio fit inter eos. i. diuersa sensio: nō ꝑuersa: cū vterqꝫ bū intēdit. Sicut iter paulū ꝛ barnabā ꝓ ioāne discipulo: quē voluit barnabas assumere i sociū ꝑdicationis sue: sꝫ paulꝰ ꝓhibuit: timēs ne nō ꝑseueraret i ꝯtinuatiōe laboris: ꝛ sic ꝑ eū īpediref: ꝛ sic dissentiebāt. Et barnabas Joānē secū sūpsit: vbi minores hēret labores. Paulꝰ ṽo sylā sūpsit ꝓ fortioribꝰ laboribꝰ magis aptū: vt diuersis partibꝰ diuisi: pluribꝰ ꝑdicādo ꝓdessent. Sic i expositiōe bti Gregorij: orāte daniele dñꝫ ꝓ ppli liberatiōe de captiuitate babylōica: āgelꝰ dixit: qđ eius orō eēt dudū exaudita: sꝫ ꝑnceps ꝑsaꝝ. i. āgelꝰ illiꝰ gētis custodie deputatꝰ: resistit sibi. xxj. diebꝰ ne statīꝫ liberareñ: sꝫ diutiꝰ afflicti pleniꝰ a pctō purgareñ. Quid ergo miꝝ si boni quādoqꝫ ꝓ bono dissentire videñ rōne diuersaꝝ ꝯsiderationū: si apli: si āgeli i eadē rōne dissentire inuēti sunt? Nā iuxta hūc sensuꝫ scti qñqꝫ irrationabiliṫ ꝛ a deo dissentiūt: vt cū deꝰ vult aliquem mori: quē ipsi diutius desiderāt viuere ꝓ alioꝝ ꝓfectu. vel cū ipsi putāt citiꝰ mori quos deꝰ vult ꝓ eoꝝ salute adhuc diutiꝰ i corpe laborare. Phil. j. Desideriū habeo dissolui ꝛc. ¶ Alia causa ē: qñ vnꝰ nō videt ītētionē alteriꝰ q̄ bona ē: putat cū alia ītētiōe aliqđ facere: ꝛ displicet sibi: ꝛ dissentit ab eo: q si sciret nō displiceret sibi qđ facit: ꝛ eēt pacatus cū eo. Sic moyses iratus ē filijs ruben: ꝛ dimidie tribui manasse cū peterēt terrā basan ꝛ ebon in possessionē. Et Josue iratꝰ ē eisdē ꝓ ꝯstructione altaris sup ripā iordanis āteq̄ agnosceref intentionē vtrobiqꝫ fuisse bonā. talis aūt ignorātia non ē semꝑ culpabiles: dum tū non sit iudiciū nimis ꝑceps. ꝛc. ¶ Questio. xxj.

Item q̄ro. Cū religiosi tā studiose solēt

Tria sunt celāda ꝓbitꝫ a religiosis.

abscōdere facta sua: suspectū ē apd eos eē aliqua indecētia. Cur eñ sic celāt: cū bona nō sit necesse celari? Rñdeo. Tria solēt celari ꝛ abscōdi. ¶ Primū ē singulari bona: ne de singlari glīa: excellētia ꝓueniat: ꝛ meritū depeat. Mat. v. Attēdite ne iusticiā vr̄aꝫ fa. co. hoībꝰ vt vi. ab eis ꝛc. ¶ Itē vitia ꝛ petāne ꝑcipiētes scādalizēt: ꝛ q peccātes aliquē scādalizāt duplici reatu obligātur. Mat. xviij. Ue hoi illi ꝑ quē scādalū venit. ¶ Itē qdā solēt abscōdi a nō intelligētibꝰ: q ea iudicarent mala eē ex sua stoliditate: cū tñ corā deo ꝑfecta sint: vel ēt meritoria: nō ꝓpt hypocrisiꝫ: sꝫ ne illi exinde īfirmeñ. Et ita nō ꝓpter se tm̄: sꝫ magis ꝓpter illos occultāt religiosi facta sua: ne noceāt alijs: q nō pñt oīꝫ corda videre: ꝛ oībꝰ satisfacere quare hoc vel hoc fiat: cū seculares rudes sint: ꝛ ꝓni sepiꝰ de religiosis sinistra suspicari. Cū eñ vidēt eos refectionez accipe: iudicāt eos carnales. Cū vidēt eos hūliter iocūdos: iudicāt eos dissolutos. Cū ex zelo iusticie vidēt se ab eis ꝓ vitio suo redargui: dicūt eos iracūdos. Cū vidēt eos nccāria vite mēdicare cū aliūde non habeāt: dicūt eos auaros: ꝛ sic de singlis. Etiā q bñ faciūt repꝛehēdūt: ꝓpter qđ opꝫ vt caueant aliene infirmitati ꝛ occultēt q possent ab alijs mala iudicari. Corin. 8. Uide

te ne hec licẽtia vr̃a offendiculũ fiat īfirmis. Trib⁹ modis ſeculares iudicãt religioſos. ¶ Primo: ꝯpirãdo de ipſis q̄ oĩa ſũt falla q̄ ipſi p̄ ſe ꝯfingũt vel alijs iſcretib⁹ leuiter credũt: vt vulgus ruſticanũ qḋ dicit nos ãtixpi p̃nũcios: ⁊ q̄ oẽs guerras terrarum ⁊ p̃ncipũ ſeminem⁹. ¶ Scḋo: ꝯpilla q̄ ipſi ſolẽt facere nõ ſũt pctã facere: q̄ cũ vidẽt nos aliq̃ facere: eſtimãt q̄ꝫ tali aĩo fac im⁹ vt ipi: vt comedere delicata ⁊ bibere: alioq̄ feminas: ẽẽ bilis ꝯ ſpecioſas areas. mũda edificia rõne ſani aeris: ⁊ ecclias decẽtes: ⁊ zelo diſcipline īuicẽ accuſare ⁊ punire: ⁊ p̄ cautela īde locis trãſmutare: ⁊ ſilia: q̄a bõis bõa: ⁊ a puerſis puerſo aĩo fieri ſolẽt. ¶ Tertio: cũ dam⁹ eis cauſaꝫ iudicandi ⁊ ſuſpicãdi de nobis nõ bõa: talia exẽpla eis oſidẽdo q̄ merito ſũt rephẽdẽda. In p̃mo ſum⁹ nos ſine culpa: i ſcḋo īdigem⁹ bõa cautela: i tertio culpa nõ carem⁹ dãtes eis ſcãdali offenſionẽ: ⁊ miniſteriũ religiõis vituꝑabile faciẽtes: qb⁹ dbem⁹ ẽẽ lumẽ ſane doctrie: ⁊ forma recte viuẽdi. ¶ Cũ aũt dſpicimur ab alijs ſine cauſa ſiue culpa nr̃a: ad ꝑfectũ nr̃ꝫ cedit multiplicẽ. ¶ Primo: pctã nr̃a p̄ hoc purgãt. ¶ Scḋo: bona nr̃a magis tuta ſũt a vana glia: ⁊ laude hũana. ¶ Tertio: humiliores reddimur corã hoib⁹. ¶ Quarto: cautiores ſum⁹ in dictis ⁊ factis ne opinionẽ eorum ꝯfirmem⁹. ¶ Quinto: min⁹ ſimus eis familiares: ac p̄ hoc magis in cella gẽti. ¶ Sexto: patiẽtiã magis diſcimus ex tali dſpectiõe. ¶ Septimo: interna ꝯſolatio ſpũs im pẽdit q̄ rẽtibus: p̄ exteriori ſubtracta. ¶ Octauo maius meritũ ex his oĩbus corã dõ accreſcit. Hec ⁊ alia bõa tãta ſũt: q̄ ſi nõ obeſſent alijs: libẽter tolerare dbemus dſpici ab alijs: ⁊ rephẽdi: ⁊ pſecutiões pati ꝑpter xp̄m ſine culpa ⁊c.

Triplex iudiciũ ſeculariũ ꝯtra frẽs

Multiplex vtilitas ꝑueniens bonis ex reſpectiõe maloꝝ.

¶ Queſtio. xxij.

Item quero.

Cũ deberetis ſicut paupes xp̄i paupib⁹ ẽẽ familiariores: ⁊ eorum cibis ꝯtẽtari: qḋ ẽ q̄ magis freq̃ntatis mẽſas diuitũ q̄ꝫ pauperum? Rñdeo. Tria nos ſpãlr īuitãt ad hoc: vꝫ nr̃a neceſſitas: q̄ꝛ cũ itinerãdo p̄ terrã laſſitudine ⁊ fame fatigamur: apḋ illos ꝓpt⁹ ſpaui⁹ obtinere refectionẽ: q̄ ẽt p̄ hoſtlate ſua panẽ ſuũ ꝯbuſtibꝫ trãſeũtib⁹ nõ negãt: q̄ꝫ alios quoa neſcimus. ¶ Itẽ pauperum iopia: q̄ꝛ ſi forte nos hiliter recipẽt: expẽderẽt nobiſcũ p̄ ſua dũotiõe ī vno prãdio: nõ hẽt volẽti bus: vñ ipſi plurib⁹ vicib⁹ refici poſſent. ¶ Itẽ ipoꝝ diuitũ ſal⁹: q̄ p̄ occaſiõeꝫ ꝯpiũt nr̃i familiarẽ noticiã: vt ad amorẽ dĩ ſic eos paulatiꝫ trahamus: ⁊ ſa lutis doctrinã eis igeram⁹: ⁊ p̄ tale meritũ deũ eis ꝓpitiũ faciam⁹. q̄ꝛ paupes p̄ ſe īgerũt ſe: ⁊ ſalutis ꝯſilia ſtudioſe req̄rũt: q̄ nõ hñt ī hoc mũdo ꝯſolatiões ſuã: diuites aũt terrenis ꝯicti: vl' mũdãis negocijs occupati: vl' ſupbia inflati: raro humiliãt ſe ad q̃rẽdũ ſalutis ꝯſiliũ: niſi p̄ occaſionẽ aliquã ad hoc a bonis ⁊ religioſis trahãt pru dẽter. Sicut dñs traxit zacheũ: ⁊ alios publicanos mãducãdo cum eis ⁊ docẽdo: lꝫ nõ ignoraret phariſeos ⁊ ſcribas inde murmurare: ⁊ materiã q̃rere detrahendi. ⁊c.

Trib⁹ ex cauſis frẽs accedunt ad diuites: potius q̄ꝫ ad paupes.

¶ Queſtio. xxiij.

Item q̃ro.

Cũ ꝑſonarum acceptio ſit apuḋ deũ culpabilis: ⁊ ab apl'o Jacobo ꝓhibita: q̃re vos religioſi magis honoratis diuites q̄ꝫ paupes: ⁊ ꝓmpti⁹ eis ſuitis ī ꝯfeſſiõib⁹ audiẽdis: ⁊ alijs ꝯſilijs: ⁊ ob ſequijs: ſicẽ ſepe videm⁹ ⁊ ſcim⁹? Rñdeo. De⁹ puſillũ fecit equalr̃ ⁊ magnũ: ⁊ equalr̃ ẽ illi cura de oĩb⁹ inq̄ꝫtũ factura ei⁹ ſũt: ac ad ſalutẽ ꝑtinẽt ſempitnã. Jdeo igit nos oẽs diligere debem⁹ tn̄ dños: ⁊ tã diuitũ q̄ꝫ pauperum ſalutẽ

Quadrupli ci rõne pferẽ di sũt poten tes z diuites scli.

ↄsiderare: z p posse nr̃o pmouere: sic expedit his z illis. Uñ si paup melior ẽ di uite: plus ↄbemus eũ diligere: tñ diuitẽ plus honorare: q̃druplici rõne. ¶ Una: qr cũ deus in hoc sclõ diuites z potẽtes ptulit paupibus quo ad mũdi gliam: vbi ẽ necesse alios alijs subesse vel pesse: nos honorãdo potẽtes: eius ordinatiõi ↄcordamus: quos z ipe deus honorauit in hac pte. ¶ Alia rõ: ppter ifirmitatẽ ipoꝝ diuitũ: q̃ si nõ honorarẽt: indignãdo magis ifirmarẽt: z ↄteriores effi cerẽt: z grauamẽ nob z alijs paupibus inferrẽt: neq ↄ offendiculũ demus in firmis: ne p nos ↄteriores fiãt: q oẽs ↄbemus potius ad meliora trahere z puo care. ¶ Tertia: qr maior vtilitas puenit ex correctiõe vnius diuitis q̃ pluriũ pauper. Paupis aũt salus sibimet pdest: diues aũt emẽdatus: multis pdest: tã ppt exẽplũ alioꝝ q ide edificãt z puocãt ad bonũ: z ppt alia bõa q p eũ p mouẽt in alijs: z mala ipediũt. Eccli x. Qualis rector ciuitatis: tales habi tãtes in ea. Cõuersio ↄstãtini impatoris ad fidẽ plus pfuit eccle i pluribus: q̃ multoꝝ alioꝝ. ¶ Quarta: cũ a diuitibus plus recipiamus ↄ corpali subsidio: eo q magis abũdãt i talibus: iustũ ẽ vt z eis vicẽ repẽdamus: z puiores simus eis ad obseqa spãlia impẽdẽda. Paupes ẽt facilius expediũt: qr tãtis pplexi tatibus nõ ligãt. diuites vo pluribus laqis irretiti: freqntioribus: z diligẽtiori bus indigẽt ↄsilijs. Ideo necẽ ẽ nos circa illos studiosius occupari: ne pfun dius in pctõ mergãt. Nã (vt dictũ ẽ iã) q potẽtẽ in bono pmouet: multos iu uat. Sicut econuerso ipius subuersio: multoꝝ ẽ ↄtrimẽtũ zc. Questio. xxiiij

Itẽ q̃ro. Cũ rła dicat: q nil ppriũ ↄbeatis hr̃e: nec in spãli: nec i cõi: z vos hẽtis domos: bonos libros vestes: z alia victui nc̃aria p tpe: q̃mõ potestis trãsgressiões hmõi excusare bõa ↄsciã? Rñdeo. Uidemus in sclõ famlos dñoꝝ panẽ nõ suũ comedere: tecto nõ suo ↄtegi: z rebus alie nis vti: vcz dñoꝝ suoꝝ. Sic z alij sepe ↄcessis vtũt tã vestibus q̃ alijs rebus ↄ illoꝝ volũtate: quoꝝ res sũt. Sic z nos vtimur rebus necessarijs p corpe: q̃s tñ nec in spãli: nec in cõi nob appropiamus. Rła eñi nõ dicit nos nihil debere hr̃e: sz nihil nob approp̃are. Uñ vsuz reꝝ necessariaꝝ hr̃e possumus: nõ ppetatẽ. Alioqn nec vestẽ. nec cibũ. nec aliqd alid in vsũz recipe debere mus: qd eẽt ↄtra oẽz rõnabilẽ intellectũ. Presul eñi sedis aplice: q ẽ gnal oim pauper eccle puisor: spãlr nr̃i ordis curã hñs: oiz mobiliũ q̃ ordini ↄferũt: ppetatẽ sibi assũpsit: exceptis ijs quoꝝ dñiũ sibi ↄferẽtes retinuerũt: z nob vsũ earũdẽ reꝝ solũ ↄcedit: vt sic p alieno victu: z vestitu: z tecto: z alijs vtẽsilibus absqz ppetatis iure ex ipius ↄcessiõe vtamur. Sicut familia pr̃is familias: q̃ rebus dñi sui vtit tã in absentia q̃ in eius p̃ñtia corpali: fm ipius disposi tionẽ. Et eleemosyna q̃ nob a fidelibus dat: trãsit in vsuz nr̃z: z i illius dñiũ q est pncipalis ordinis nr̃i dispẽsator: cui parati sumus oĩa q̃ hẽmus: cũ iussferit tãq̃ dño: put ↄuenit resignare: vt nil iuxta hoc ppetatis hñtes: regulaz nr̃am bona ↄscientia obßuemus. zc. ¶ Questio. xxv.

Itẽ q̃ro. Cũ iteꝝ rła dicat: q necp vos nec p alios ↄbeatis recipe de narios vel pecuniã: videmini p ↄtrariũ hoc facere tã peten do pecuniã: quã reponẽdo: q̃ ẽt dispẽsando: qr z si psonalr eã nõ ↄtractetis: tñ p alios eã ßuari z recipi facitis: z distribui sicut vultis: z tñ inhibet sicut p̃ceptũ vt nõ habeatis sup hoc ptãtẽ dispẽsandi: nescio q̃mõ hãc trãsgressio

nē excusare potestis? Si aūt nō posset hoc pceptū fuari: nō deberetis vouere: ꝛ potius eēt a rla recedēdū: q2 laqus eēt vouētibus: cū fuari nō poss3. ¶ Rn̄deo. Multa putāt mali qdiu nō itelligūt: q in effecta: rōnabilia ꝛ iusta vident. Sic ꝛ in ista qstiōe apparet. Rla phib3 nec p nos nec p interpositā psonā nos recipe pecuniā vt nr̄a sit: ꝛ nos dn̄i ꝛ possessores pecunie simus qsi ri ppe: s3 pcedit q p amicos spūa. eo: q p do nos spūalr vt igūt. i. caste ꝛ iuste: necessaria pcuremus: q tali mō vtraq3 2grue obsuāf: q ea q sine pecunia nō pn̄t pcurari: aut p ipos pcurēt q fribus dāt elemosynā: aut p eoꝝ nūcios. Ut cū aliqs pcurat fribus libꝝ scribi: vel vestē fieri: vel domū: vl' aliud su.s laboribus ꝛ expēsis: aut si frēs ista pcurāt: illi iouiūt pecuniā illis q fribus cōmodauerit vn̄, ista sūt pcurāda: vt cū frēs faciūt librū scribi alius soluat expēsas p se vel p nūciū suū. Aut si aliq volūt dare fribus elemosynā pecūie: pn̄t 2mittere alicui q noie suo eā fuet: p vtilitate tn̄ frm̄. vt vice illoꝝ q sibi cōmiserit pecuniā pcuret inde fribus b3 q voluerit: b3 q a fribus instruif: p se vel p alios q aptius ea pmouēt q sibi fuerāt 2missa. Et p oēs istos nō recipiūt frēs pecuniā: s3 illi p se p illis q sibi cōmiserit pecuniā: 2uertūt eā in vtilitatē frm̄: vicē illoꝝ gerētes in eo q fuāt ꝛ distribuūt ipā3 pecuniā: q adhuc illoꝝ ē q dederit: et si nesciāt adhuc fuari: offerētes aūt vicē frm̄ in eo q eoꝝ vtilitatē pmouēt de pecūia a'ioꝝ. Frēs eñ qdiu pecūia nō ē redacta i rē aliā q eis vtil3: nō hn̄t eā p sua: s3 illius q deposuit eā: l3 sciāt eā p sua vtilitate ibi repositā. Sicut cū dn̄s cōmittit fuo suo pecuniā suā vt inibi inde emat tunicā: interī3 est dn̄i: s3 empta tūica: mea erit. Scd̄m hāc viā ꝛ cautelā frēs ꝛ p amicos spāles ꝛ quoslib3 pcuratores ꝛ mediatores pcurāt necessaria: nec recipiūt pecuniā p illos pcuratores: s3 illi fuāt illā noie dātiū: ꝛ vice ipoꝝ vertūt eā in vtilitatē frm̄: vt dn̄iu3 pecūie nō trāseat in proprietate3 frm̄. Uñ 2ditor rle magis intēdit fribus 2cludere viā auaricie in possessiōe pecunie: p quā oīs religio suffocaf: q3 obstruere eis oportūitatē necessaria procurādi. Sedes ēt aplica: cuius acta toti eccle diiudicāda exponūf ꝛ venerāda: ipā3 rlā3 2firmādo nō approbasset: si in ea aliqd incōgruū ꝛ inobfuabile pspexisset. Jdeo vouētibus eā nō est laqus pplexitatis: l3 indigeāt diligēti cautela ne offendāt 2tra eā: q debēt aliq necessaria p pecuniā pcurare. q tn̄ cautela magni ē meriti. q2 uis illi tutius ābulent q se subtrahūt talibus negocijs: q ad ea ex officio nō cogūf. ¶ Questio. xxvj.

Quare frēs etiā mediāte pecunia pn̄t recipere vite necessaria.

Item quero. Cum res male acquisite

deo sint odibiles. Esaie. lxj. Ego dn̄s odio hn̄s rapinā in holocaustum: cur recipitis vel petitis elemosynā ab illis q iniusta lucra sectātur? Respōdeo. Quidā sunt qui solū hn̄t res male acquisitas: ꝛ possunt certe persone inueniri quibus competit recōpensatio: vbi tales scimus: de cetero nō debemus ab eis elemosynā petere siue accipere: q2 oīa q hn̄t sunt alioꝝ quibus tenenf reddere: vel oēs vel aliq. Quot si aliq ꝛ nō oēs: tūc vaga restitutio de eis dāda est: ꝛ in pias causas erogāda. Quidā hn̄t iniusta bona ita q si dāt elemosynā m tn̄ per hoc nō fiūt impotentes qn adhuc habeant vt possint restituere certis personis quibus debēt: vnde pn̄t elemosynā facere de residuo.

Qualiter pt recipi elemosyna de male acquisitis.

A primis aũt nõ pñt: nisi ignorãtia: vel extrema indigẽtia: vel psumptio q̃d creditores velint nos recipe nos excuset. Cũ qñ nõ ꝯstat de ꝓo aliquẽ iniusta detinere bona: nõ tenemur leuiter credere cũ tãti criminis esse reũ: cuȝ de quolibȝ teneamur psumere meliora. Mẽdicitas nr̃e pfessiõis: et q̃ deo debita paupib⁹ xp̃i largienda sunt: excusat nos in hac parte plerũq̃ qȝ illos q ex alijs rebus hñt vñ sufficienter valeãt sustẽtari. Ubi tñ publica fama clamat aliquẽ esse de pmis p̃dictis: etiã si aliter nõ ꝯstaret: pp̃ter scãdalũ nõ expedit ab eo recipe vel petere elemosynã: nisi forte talibus q ex pfessiõe vel officio hñt q̃ debẽt raptores ad restitutionẽ inducere: q̃ vtiliter gerũt i hoc: negociũ spoliatoꝝ. Et dign⁹ est tũc fidelis oparius cibo suo: cũ nemo teneat̃ suis stipẽdijs militare. Ad hoc aũt vt possim⁹ pctõres ad emẽdatiõnẽ mouendo inducere: ꝯcedit nob sedes aplica ẽt i terris excõicatoꝝ libere cõmorari: et ab eis tũc elemosynã recipe: maxime si aliũde nõ possem⁹ sustẽtari. Si eñ boni de medio maloꝝ tollerẽt̃: q̃s eẽt q malos ad bonũ ꝟbo et exẽplo moueret.

Questio .xxvij.

Item quero: q̃ ratio est q̃ clerici magis oderũt nos et psequũt̃ q̃ laici et simplices sacerdotes? Rñdeo. Sicut nõ oẽs laici diligũt nos: sic nec oẽs clerici odiũt nos. Si q aũt videnť nos odire: hoc q̃nqȝ de causis põt esse. Una: q̃d timent nos q̃ ipsoꝝ facta et excessus vel defectus plen⁹ agnoscam⁹ et seuerius arguam⁹: quo clarius videm⁹ quales esse deberẽt et nõ sunt p quos eccl̃ia gubernat̃. ¶ Scd̃a: q̃d inuidẽt nobis q̃d sumus hoib⁹ gratiores: et ipsi cõparati nob appareãt i vita vel iciẽtia viliores: vel ẽt indoctiores i doctrina. ¶ Tertia: q̃d dolẽt si p ꝯfessiões secreta coꝝ ab alijs q consocij fuerit pcipimus: dũ timẽt p illa magis vilescere. vel forte psonas illas nr̃o ꝯsilio ab eis auerti et ad meliora ꝯuerti. ¶ Quarta: q̃d timẽt sibi p aliqua p nos emolumẽta subtrahi: dũ elemosynas q̃ dant̃ nob: arbitrant̃ sibi fore dãdas si nos nõ essemus. Et hec videť potior eẽ causa plurib⁹ q nos odiũt. ¶ Potest ẽt q̃nta causa eẽ: q̃d diuina iusticia illos q quãto amplius cognouerũt et sprecerũt: et q̃bus maiora bñficia ꝯtulit et igrati fuerũt: et grauius ceteris offenderũt: et freq̃ntius eũ indigne ꝯtrectent et ꝯcipiũt: tanto magis indurat et pfundius cadere ꝯmittit: vñ nõ ipsi sint mali i se: sȝ etiam alios secũ malos eẽ desiderẽt: et bonos odiãt: et quos imitari nolũt: oportẽt nõ esse: et psequant̃ eos quos sibi dissimiles eẽ dolẽt. Salomõ. Grauis ẽ nob ad videndũ. Et tũc ibidẽ plures de p̃dictis tãgunt̃. Laici ꝟo q̃ de p̃dictis causis minus hñt: ideo minus nos odiũt: īmo etiã diligũt q sentiũt nos salutez suã diligere: et sperãt p nos eã fideľr apd̃ deũ pmouendã o͛re. meritis: et doctrinis. Clerici ẽt q sane sapiũt: eadẽ rõne nos fouẽt: et diligũt quasi filios suos et vacatores et coopatores tã sue salutis q̃ sue sollicitudinis sibi cõmisse: in suis subditis necessarios adiutores: et oneris sibi impositi fideles subleuatores. Et de istis satis.

¶ Multis ex causis aliqui clerici odiũt et psequũtur fr̃es.

¶ Expliciũt determiatiões quarundã q̃stionũ sup regulã bt̃i Frãcisci a sctõ Bonauẽtura cardinali edite.

¶ Incipit quedam epistola sancti Bonauenture ad magistrum innominatum: eliminans errorem contra regulam beati Francisci domino respondente per seruum suum Sanctum Bonauenture:



Anomiato magistro frater Bonauentura spiritum intelligẽtie veritatis. Proponis charissime vt tibi tres articuli de regula fratrum Minorum absoluantur de quibus te ostendis pluribus rationibus dubitare. s. de paupertate. labore manuum: ⁊ studio scholarium seu magistrorum. Cum enim regula dicat ꝙ fratres non recipiant pecuniam per se vel per interpositã personam ⁊ rursum: nec locum nec aliquam rem sibi approprient: videntur tibi fratres in hoc regule contraire: cum tibi videantur pecuniam per interpositam personam recipere: libros habere ⁊ domos. cum non possint harum rerum quas habent dominos assignare. In labore etiam manuum sibi iniuncto vt videtur sub precepto culpabiles tibi videntur: cum nec laici laborent in operibus Mechanicis nec clerici manu propria in libris scribendis: quin potius cum magnis sumptibus faciunt eos scribi ac si apud se haberent nummismatum percussores. Postremo in studio ⁊ magisterio fratres condemnas: cum regula dicat ꝙ non curent nescientes lras lras discere. Fratres plerumqꝫ tam clerici q̃ magistri q etiam in seculo parum aut nihil de Philosophia audierunt: student: recitant: scriptitant: immo quod plus est laniant: dissipant: edificant. Nec videtur tante humilitatis professoribus posse competere nomen magistri: cum hoc videatur dominus in Euangelio suis discipulis inhibere: quorum nos dicimur imitatores tanq̃ professores Euangelij Jesu christi. Hec vt asseris tibi in corde de statu ⁊ salute fratrum tibi scrupulum generant ⁊ tuam conscientiam inquietant. Super hec addis assertionem quorundam: qui tibi nisi sunt hanc conscientiam de fratribus fabricare. Intende igitur in ea que dictura sum: dabit enim tibi dominus precibus gloriose virginis ⁊ beati Francisci rectum in omnibus intellectum. ¶ Supponis quot regula paupertatem precipit: commendat laborem: vetat curiositatem. Suppono ⁊ ego. Detestaris ob hoc receptiones pecuniarum. proprietates librorum ac domorum: vitare vero ⁊ ego: immo nos omnes persequimur fortiter ⁊ culpamus. In hoc conuenimus. Sed q̃d fratres tales credis aut si non credis dubitas. in hoc penitus dissentimus. Nec enim hoc credo nec dubito: certum habens oppositum tanq̃ verum. Non quia nullus in ordine talis sit q non possit culpari in aliquo predictorum: cum nec in duodecim apostolis talis perfectio potuerit reperiri: sed communitatem status de qua ⁊ tu impugnis defendãdã assumpsi. ¶ Vide igitur quid sentire debeas de receptione pecunie. De receptione pecunie.

Testificor coram deo quoniam veritatem sum expressurus secundũ meam
conscientiam in omnibus que subiungam. Non credo te aliquatenus du-
bitare: quin pauperibus quantumcunqꝫ extremam vouerint paupertatem
liceat recipere elemosynam: nisi velint se occidere. Quod si nefas est: Ꝫ hoc
fratribus: quod nullus sane mentis ignorat. Non est igitur contra eorum
professionem: si quis diues homo hanc eis ministrat manu propria. Quod
si noluerint: potest eis ministrare per manum serui sui. Quod si ille seruus
non possit sed committat alijs: quare non liceat per manum tertiam non vi
detur. Quare etiam vsqꝫ ad decimam manum non potest non video. Q͛d
si diuis habens pecuniam dat victum aut vestitum fratribus necessarium:
nonne potest ipse manu sua emere? nõne potest ipse pecuniam pro emptio-
ne alij committere ⁊ sic per multas manus in vsus fratrum expendere pro
releuandis eorum necessitatibus sine offensione fratrum? Quis sane mentis
dubitat, cum pecunia ita sit domini cum committitur persone intermedie:
ac si ipse dominus eam manu propria conseruaret? Nisi forte quis ita desi-
piat, vt dicat: ꝙ pecunia in manu seruientis posita transeat in eius dominiũ
⁊ desinat esse domini: quod penitus absurdum est. Quod si dicas ꝙ domi-
nus simpliciter ⁊ absolute dare intendat fratribus: dico ⁊ ego ꝙ nullus sa-
ne mentis dare intendit fratribus nisi prout competit regule ⁊ professiõi eo-
rum. Quis enim daret elemosynam vt eos faceret perdere vitã eternam?
Dat ergo eo modo quo fratribus expedit scilicet committendo alicui qui
per se eam dispenset in his rebus quas fratribus licet accipere: ⁊ sic pecunia
illa per quorumcunqꝫ manus transeat: nullo modo spectat ad fratres: quia
semper est primi domini. Et est per hoc manifestum: ꝙ nec per se nec per in-
terpositam personam eam recipiunt. Fateor coram deo ita esse verum in cõ-
scientijs fratrum. Quod si forte mihi non credis: tamen ipsi domino pape
credere debes qui in vtroqꝫ iure peritus: ordinis ⁊ perfectionis emulator:
qui vt ipse testatur in conditione regule beato Francisco astitit ⁊ eius plenũ
intellectum agnouit. Qui requisitus a fratribus dicit: ꝙ fratres volentibus
sibi elemosynas facere possunt, fidelem aliquem presentare. Qui taliter p̄-
sentatus non est eorum nuncius: sed illius potius cuius mandato solutionẽ
facit seu recipientis eandem. Hec sunt verba ipsius. Quis ita desipit: vt si
dicam alicui: iste fideliter exequetur vel custodiet quod ei committes: ꝙ pp
ter hoc quicquid ille acceperit fiat meum? cum etiam licet hec verba non
semper exprimantur: semper tamen habentur in corde ⁊ semper ab alijs cre
dimus sic accipi. Quis ergo tam improbus: vt impugnaret hanc verita-
tem: per tantorum virorum conscientiam sanam ⁊ discretam: per tantam rei
De libris et vtensilibus. euidentiam: ⁊ vt nihil desit per sedem apostolicam confirmatam? Certus
sum ꝙ talis portabit iudicium. ¶ De libris ⁊ vtensilibus quid sentias au-
di. Clamat regula expresse imponens fratribus officium predicandi quod
non credo in aliqua alia regula reperiri. Si igitur predicare non debent fa-
bulas sed verba diuina: ⁊ hec scire non possunt nisi legant: nec legere nisi ha
beant scripta: planissimum est quod de perfectione sic est habere libros sicut
est predicare. Et sicut non obstat ordinis paupertati habere missalia ad cane

tandum missas ⁊ breuiaria ad horas dicendas: sic non obstat Biblias ad verba diuina predicanda. Licet igitur libros habere. Sed nunquid regula sibi contraria est que alibi mandat nihil habere? Absit hoc vt in ea sit contrarietas aliqua sicut nec falsitas: cum tota de fonte euangelij sit extracta: sicut mihi qui paruum noui facile esset ostendere. Dico ergo ꝙ fratribus horum concessus est vsus: sed vetatur appropriatio. Nam non dicit regula. Fratres nihil habeant nec aliqua re vtantur: quod esset insanum: sed ꝙ nihil approprient. Cui igitur horum proprietas assignabitur? Sic respondeo ego ꝙ cuiuscunq₃ sit: non est mea nec ordinis: ⁊ hoc mihi sufficit ad mee conscientie puritatem. Nec tamen hominibus fugam parare videar: dico harum rerum nobilium gubernatori ⁊ protectori ordinis cardinali potestatem ⁊ auctoritatem ⁊ prouidentiam a domino papa esse concessam. Sicut enim dominus papa ait. nec vendi debent mobilia vel extra ordinem commutari quoquomodo: nisi Ecclesie Romane cardinalis qui fuerit ordinis gubernator super hoc auctoritatem prebuerit ⁊ assensum. Sed dicis. Nunquid qui Biblias dant fratribus intendunt eas dare Pape aut cardinali? Dico ⁊ ego. Nunquid pater qui dat Bibliam filio intendit labefacere ordinem filij: ⁊ filium suum facere filium diaboli? Credo te dicere ꝙ non. Dat igitur filio intendens ꝙ ordinis paupertas sit penitus illibata. Ac per hoc vt ordo vtatur: proprietas aut sit eius cuius decreuit pastor ordinis ecclesie. At non credis ꝙ si pater non posset filio librum dare nisi per manum alicuius de quo presumeret ꝙ non esset filij sui predicator sed pastor: vtiq₃ daret vt illo commodaret ad vsum? Et in hoc melius prouisum est ordini domino faciente. Nam si librorum proprietas remaneret penes parentes: sic ministri non possent auferre fratribus libros: ⁊ essent quasi perpetui ad vitam. Nunc autem ordo nihil sibi appropriat in libris: dum Ministri libros nec vendere nec alienare auctoritate propria possunt: nec fratres subditi possunt dum frequenter resignant ⁊ eis pro voluntate ministrorum assignantur ⁊ auferuntur. Certus sum ꝙ est scientia fratrum. ¶ Ut autem nihil remaneat audi de domibus. Dico domos non esse fratrum. Sed si de De domib⁹
solo queris. Dico ꝙ dantium est patronorum. Si de edificijs: pari ratione edificantium vel eorum quorum est solum: quia cedit solo vnius si vnus edificat: vel plurium sit plures. Mentior enim si non dominus papa dicit in regula: saluo locorum ⁊ domorum dominio illis ad quos noscitur pertinere. In loco intelligens solum: in domibus edificia superaddita. Unde nec appropriamus nobis locum: cum dicamus esse illorum qui dant impensas vel cedit sola. Nec etiam vsus appropriamus: nisi pro voluntate eorum qui fratribus concedunt predicta. Certus sum enim ꝙ hec est conscientia fratrum. Non obstat si aliquando vidisti contrarium: quod non credo: quia indiscretio vnius non ad omnes debet nec ad singulos retorqueri. Si dicis nos tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos debere ire de domo in domum: parcat illi deus qui primo hanc stulticiam cogitauit. Nonne beatus Franciscus edificauit loca? Nunquid tanq̃ peregrinus ibat quotidie vnam dietam? Nunquid beatus Petrus cum dicat in Canonica sua. obsecro vos tanq̃

aduenas ꝛ peregrinos. ꝛc. voluit ꝙ omnes transirent de domo in domū: Cum enim dicat ecclīasticus. Vita nequaꝫ hospitari de domo in domum. Tam Petrus qꝫ Franciscus filijs ꝛ discipulis suis non sanctam vitam sed nequam imposuissent: si secundum predictum intellectum nos similes esse peregrinis mandarent. Sed hoc dictum intelligitur. vt non curat similitudo quattuor pedibus: sed vt domos in quibus habitamus parum diligamus nec proprias reputemus: sicut peregrinus qui transit in patriam: domum non diligit in vita tanꝗ̄ propriam: sed vtitur tanꝗ̄ aliena. Qui aliter sapit: ipse sua insipientia manifestat ꝙ nihil omnino sapit. Quomodo ergo posset esse regimen ꝛ ordo prelatorum qui ita districte manet in ordine beati FRANCISCI: si omnes essent instabiles ꝛ vagabūdi per orbem: Hoc vero sentit qui nihil videt de ordine.

¶ De labore manuum.

¶ Veniam ad laborem manuū vbi taliter insistis: vtrum sit consilium vel preceptum. Ego autem dico non intendere beatum FRANCISCUM manualem laborem: nec precipere nec consulere nec monere: sed supposita admonitione apostoli fratribus nimis vel minus sollicitis ad laborem dat formam laborandi. Quid enim enim sic intendebant labori manuali: vt necaretur in eis deuotio oratiōis. Quod quia periculosum erat: cum actiua debeat seruire contemplatiue: dedit eis formam sanctissimus pater: vt sic laborent qui laborare vellent: scirent ꝛ possent: vt sancte orationis ꝛ deuotionis spiritum non extinguant. Hoc enim sequitur in textu regule immediate. Unde attende: ꝙ non dicit precipio vel consulo fratribus ꝙ laborent: sed quibus dedit dominus gratiam: quod non solum includit potentiam sed voluntatem laborandi. Sicut si diceret. Fratres quibus dedit dominus gratiam lachrymandi: lachrymentur ita modeste ꝙ oculos non amittant: non preciperet lachrymari. Sic nunc intelligit. Ipse autem de labore manuum vim non faciebat nisi propter ocium declinandum: ꝙ cum fuerit regule obseruator perfectissimus: nō credo ꝙ vnꝗ̄ lucratus fuerat de labore manuum duodecim denarios: vel eorum valorem. Sed fratres potissime ad orationem monebat. Non enim volebat ꝙ illam extinguerent propter lucrum. Unde prouincialibus ministris relinquitur ꝙ non permittant fratres suos ociosos. Ego vna tecum si qui tales sunt iudico arguendos ꝛ verberibus puniendos tanquaꝫ seruos malos ꝛ pigros. Non tamen propter hoc tibi displiceat: quia satis ibi inuenies copiam laborandi tam in studio veritatis: qꝫ in exercitio humilitatis. pietatis ꝛ cuiuslibet alterius virtutis. Nam fratrum eleemosynas querere: coquinam facere: infirmis seruire: scutellam lauare: ꝛ in omnibus exercitijs humilitatis laborare: que dulciora fratribus sunt qꝫ multa officia dignitatis.

De magistris studio.

¶ Sed quid dicemus de ascendentibus ad cathedram cum regula dicat: ꝙ non curent nescientes litteras discere. ꝛc. cum etiam Euangelium dicat: ꝙ nolimus vocari magistri? Dico ego ꝙ regula non vetat studium litterarum: sed illitteratis ꝛ laicis. Vult enim iuxta apostolum: ꝙ vnusquisqꝫ in ea vocatione qua vocatus est permaneat: vt ad clericatum de laicatu nullus ascendat. nec vult ꝙ clerici fiant laici studium recusando. Alioquin ipse transgressor fuisset: qui cum paucas litteras sciret: postmodum in litteris

profecit:in ordine:non solum orando:sed etiam legendo. Unde vt scias quã tum sibi placuerit studium sacre scripture:audiui ego a fratre qui vidit: ꝙ cum nouum testamentum venisset ad manus suas:et plures fratres nõ possent simul habere:diuidebat per folia:et singulis communicabat vt omnes studerent:nec vnus alterum impediret. Clericos etiam quos recipiebat ad ordinem:in summa reuerentia habebat. Et in morte mandauit fratribus: ꝙ doctores sacre scripture in summa reuerentia haberent:tanq̃ illos a quibus reciperent verba vite. Unde cum nomen doctoris veneraretur: intelligebat hoc euangelium non vetuisse. Alioquin Paulus apostolus Euangelio contradiceret qui se prima Epistola ad Thimotheum. Magistrum gentium vocat:quod maioris impudentie videtur q̃ si ab alijs vocaretur. Dico ergo ꝙ secundum euangelium:pompa huius nominis condemnanda est:et nullatenus appetenda:sed officium assumendum. Quos enim magis decet euangelium docere q̃ qui euangelium profitentur et seruant? Nam cum dicat euangelium. Qui fecerit et docuerit:hic magnus vocabitur in regno celorum:quis sane mentis dicat:vt magister et frater Alexãder:diues debuerit predicare et docere:beati pauperes spiritu:et pauper effect⁹ debuerit reticere? Certe si fratres decet addiscere et ruminare tanq̃ munda animalia verba diuina:et sibiipsis sufficiunt in docendo:quis tam stultus est: vt dicat ꝙ doctrinam quam eos decet facere et docere:debeant a non facientibus mendicare? Condemno igitur tecum in magisterio pompam:sed cõmendo officium. Damno fratrem minorem pomposum:et dico eum magisterio penitus indignum:sed commendo studiosum: credens ꝙ nulli magis q̃ tali competat auctoritas docendi Euangelium Jesu Christi. ¶ Restat igitur vt de philosophantibus aliquid subiungamus. Audi charissime:sicut in ceteris sic et in hoc pariter concordemus. Fateor displicent tibi curiositates:displicent et mihi:et displicent fratribus bonis:et displicẽt deo et angelis suis. Nec defendo circa scripta puerilia musitantes:sed detestor eos pariter tecum. Unde et tibi et mihi consulo vt habeamus zelum secundum scientiam:ne detestemur plus q̃ oportet. Fortasse enim inter peccata minuta et venialia computãdum est. Uix enim grana absq; paleis collegi possunt:et verba diuina sine verbis humanis. Hec autem omnia separantur p zelum compunctionis:et fletum deuotionis:que faciunt triticum veritatis a verborum paleis separari. Et fortasse videntur aliqui curiosi: qui magis sunt studiosi. Si quis enim studeret in dictis hereticorum vt eorum sententias declinando magis intelligeret veritatem:nec curiosus:nec hereticus: sz catholicus est. Cum verba philosophorum aliquando plus valent ad intelligentiam veritatis et errorum confutationes:non deuiat a puritatem: in his aliquando studens:maxime cum multe sint conclusiones fidei que sine his terminari non possunt. Unde si velimus nimis stricte iudicare: fortasse ipsos sanctos:quod impium est: iudicabimus curiosos. Nam nullus melius naturam temporis et materie describit q̃ Augustinus inquirendo et disputando in libro confessionum. Nullus melius exitus formarum:et propaginem rerum:q̃ ipse super gen̄. ad litteram. Nullus melius questiones

de anima & de deo: ꝗ ipse in libro de trinitate. Nullus melius naturam crea-
tionis mundi: ꝗ ipse in libro de ciuitate dei. Et vt breuiter dicam: pauca
aut nulla ponunt magistri in libris suis: quin illa reperias in libris Augusti-
ni. Lege Augustinum de doctrina christiana: vbi ostendit quomodo nō po-
test intelligi sacra scriptura sine aliarum scientiarum peritia. Ostendit etiam:
ꝙ sicut filij israel asportauerunt vasa egypti: sic doctores Theologici doctri-
nam Philosophie. Unde multa que non didicimus per philosophos & de
dictis philosophie: didicimus per sanctos. Ac per hoc non debet tibi esse
mirum: si minus fundati intrantes: fiant in scientia in ordine fundatiores.
Sed esto ꝙ ista sint reprehensibilia & purganda: non propter hoc retraba-
ris. quia nullus ad hoc compellitur: sed ija magis amatur qui magis est ma-
lium aspernator. Nec prelati talia precipiunt sed permittunt. Nec propter
tres vel quattuor vitiosos: debent magister cōtemnere innocentes. Et si al-
qui abundent libris ad tempus: alijs plerisq multo plus indigentibus po-
terint dispensari: cum multo plures egeant ꝗ abundent. Nec te moueat ꝙ
fratres fuerunt in principio simplices & illitterati: immo magis debet hoc in
te fidem ordinis confirmare. Fateor coram deo ꝙ hoc est quod me fecit vi-
tam beati FRANCISCI eligere: quot non fuit per hominum pruden-
tiam inuenta: sed per Christum. Et quia opera christi non deficiunt: osten-
ditur hoc opus fuisse diuinum: dum ad consortium virorum simplicium:
etiam sapientes non sunt dedignati descendere: attendentes illud apostoli.
Si quis est inter vos sapiens: stultus fiat vt sit sapiens. Rogo charissime
vt non nimis abundes in sensu tuo: nec credas te prudentiorem nec melio-
rem omnibus quos deus ad statum istum vocauit: & si vocauerit te: non re-
cuses. Uade in domino.

Explicit epistola. S. Bonauenture ad magistrum innominatum: eliminans errorem contra Regulam beati Francisci domino respondente per seruum suum Sancti Bonauenture.



¶ Decisiones quorundam dubiorum circa statum et modũ viuendi frm̃ minorum: ex cõclusionibus in caplo gñali Burgensi p Reuerendũ patrem doctissimũ ac pbatissimũ fratrẽ Bernardinũ de Areualo ppositis: earumqz pbationibus: subseqnti forma extracte.

¶ Prefatiuncula.



Um iuxta philosophi doctrinam: dubitare de singlis non sit inutile: immo valde vtile: qz dubitãdo et ingrendo: ad veritatis noticiã deuenitur: indeqz ad operationem rectã pcedit: idcirco philosophi ac doctores sacri plurima dubia mouerũt: ingsierũt et diffinierũt: prout in eorũdem libris euidẽter apparet. Quos qdam frater ordinis minorum regularis obseruãtie imitari studẽs: circa regulã: statũ: modumqz viuẽdi frm̃ pdicti ordinis: ea q̃ modernis tpibus nõnullis dubia videbant: aut videri poterãt exqsiuit discussit: ac put melius collatiõe habita cũ multis pbatissimis et doctissimis pr̃ibus p̃fati ordinis visum ẽ: definire conat9 est. Sicut eñi seraphicus doctor sctũs Bonauẽtura q̃stiones circa p̃fatam regulã suo tpe ortas (vt in suis opusculis ptz) decidere curauit: sic et istis nouissimis tpibus illũ eximiũ doctorẽ vtcũqz imitãdo: facere oportuit. Plurima aũt dubiorum hmõi nõ oẽs: sed forte paucissimos p̃fatorum frm̃ tangũt: propter quos dũtaxat pposita: discussa: et decisa sunt. Ideoqz ceteri ex his q̃ ipsos minime cõcernũt: nõ offendant. Neminẽ namqz auctor offendere voluit: sz vel paucissimis: aut saltẽ vni pdesse affectauit: et totis virib9 nisus est. At vo cũ nõ deceat vtilia sub mãni vborum inuolucro occultari: immo palã et nude scribi ac pfiteri: vt ab oib9 capiant: ideo hmõi dubiorum decisiões plane: vbi sqz clariorib9 sunt posite: nõ scolastico mõ: quẽ tm̃ pauciores cape pñt: sz familiari smõe: vt oib9 pateãt qb9 pdesse pñt. Capita vo seu tituli dubiorum: subseqnti serie describuntur.

¶ Dubiũ primũ: vtrũ stat9 oia abdicantiũ tam in cõi q̃z in particulari: quẽadmodũ est frm̃ minorum: sit altissim9: fastigiũ culmenqz paupertatis euangelice attingens?

¶ Dubiũ scðm: vtrũ asserere xp̃m et aplos post aplatũ nihil iuris pprietatis et dñij in speciali vel i cõi in reb9 tpalib9 habuisse sit hereticũ vel catholicũ? nõ obstãtib9 cõstitutionib9 Joan. 22.

¶ Dubiũ tertiũ: vtrũ stat9 frm̃ minorum q̃ztũ alios in tpaliũ abdicatione excedit: tm̃ debeat (salua sustentatiõe nature stricta: et officiorum sui stat9 executione necessaria) alios excedere in parcitate victus: et vsu oim rerum qb9 vti licet?

¶ Dubiũ quartũ: vtrũ status frm̃ minorum expediat paucis: vel multis: aut oibus sumere volentibus?

¶ Dubiũ qntũ. Utrũ qbusdã ex p̃dictis fratrib9 distractiuã solicitudinem hñtib9 meli9 foret hr̃e i cõi cũ minore abdicatiõe: ac minori solicitudie viuẽdo: vt in domib9 suis recollecti qetius dño famularẽtur?

¶ Dubiū sextū: vtrū ꝓhibitio regule de nō recipiēdis denarijs vel pecunia
intelligat̃ de dn̄io seu ꝓprietate: vl' de vsu ⁊ qualibet dispositione?
¶ Dubiū septimū: vtrū ad hoc ꝙ p̄fati frēs vere nō recipiant denarios vel
pecuniā sit necesse seruare modificatiões ordinatas p Nicolaum. 3.
¶ Dubiū octauū: vtrū frēs subditi p̄latoꝝ nō s̄uātiū p̄dictas modificatio-
nes: ⁊ alia in declarationib⁹ regle ꝯtentis: excuset̃ a peccato?
¶ Dubiū nonū: vtrū q̄lib; q̄stus pecuniari⁹ sit fratrib⁹ p̄fatis illicit⁹?
¶ Dubiū decimū: vtrū in p̄fatis alijsq; silib⁹ ignorātia excuset.
¶ Dubiū vndecimū: vtrū in missaꝝ receptiōe: seu ꝯmēdatiōe: ac inhabituā-
datione p mortuis: cōmitti valeat pctm̄ a fratribus?
¶ Dubiū duodecimū: vtrū relictis oīb⁹ licitū sit ex mēdicitate viuere?
¶ Dubiū tertiūdecimū: quare btūs francisc⁹ frēs suos paupes mēdicos insti-
tuit: cū tam picl'osa sit mēdicitas: vt supra ostēsum est?
¶ Dubiū quartūdecimū: vtrū stante mō religiōis a regl'ari tramite mltipli-
citer dilapso p̄laturas acceptātes: excusent̃ a peccato?
¶ Dubiū. xv. vtrū in religiōe reformata p̄lati recipiētes nouicios peccent?
¶ Dubiū sextūdecimū: vtrū regl'a frm̄ minoꝝ sit ad l'ram obs̄uabilis absq;
recursu ad eleemosynas pecuniarias quas certis modis ꝯcedūt summoꝝ
pontificū declarationes?
¶ Dubiū decimūseptimū: vtrū fratri minori liceat trāsire ad locū vbi puri⁹
ad l'ram regl'a obs̄uet̃: petita l; nō obtenta licentia?
¶ Dubiū decimū octauū: vtrū ꝓhibens modū strictiorē reglam obs̄uandi
aut illi detrahens: excusari valeat a peccato? Dubiū primū.



Rimū dubiū: vtruz status oīa
abdicantiū tam in cōi q̄z in particulari: quēadmodū est frm̄
minoꝝ sit altissim⁹: fastigiū culmēq; paupertatis euāgelice at-
tingens? ¶ Pro intellectu ⁊ decisione hui⁹ dubij est p̄mo no-
tandū: ꝙ h̄re in cōi: de p se: nō minuit de rōne pfectionis pro
batur: q2 qđ pōt stare cū maxima pfectione nō diminuit de rōne pfectionis.
Sic aūt est de hoc. Nam nec h̄re i particulari: q̄to magis h̄re in cōi. Hoc ma
nifestū est: cū pfectio ꝯsistat in charitate ⁊ ꝯmutū pfectionē: cui non repugnat
h̄re nec possidere modo p̄fato. Patz in Abraā. Job. Dauid: ⁊ alijs q pfecti
In quo pfe-ctio cōsistat. fuerūt habēdo i particulari. Et in Bn̄dicto. Bernardo: ac silib⁹ q habuerūt
in cōi. Et tn̄ illi hn̄tes in particulari: ⁊ hi in cōi fuerūt pfectissimi. ¶ Notan-
dum etiā: ꝙ aliud ē eē pfectū: ⁊ aliud h̄re statū pfectionis: q2 pfectio est aliđ
q̄z status pfectionis. ¶ Perfectio nāq; est ꝯsumatio v̄tutū: eo modo quo in
ista vita habet̃: q̄ ꝯsistit in renūciatione oīs terreni amoris: ⁊ charitate dei p-
fecta. Ille ergo erit pfect⁹ q pfecte amat deū: q2 finis legis ē dilectio: ⁊ vinculū
pfectiōis ab ap'lo vocat̃. ¶ Stat⁹ aūt pfectiōis ē viuēdi mod⁹ certis legib⁹ ⁊
ꝯsuetudinib⁹: ac ꝯsuetudinib⁹ obnoxi⁹: i qb⁹ pfectio acq̄rit̃ vl' exercet̃. ¶ Vn̄
De duplici statu pfectionis. duplex est stat⁹ pfectiōis. s. exercēde: ac pfectiōis acq̄rēde. Sicut dicerem⁹ ꝙ
duplex ē stat⁹ theologoꝝ: q̄dā doctoꝝ: qb⁹ ꝯuenit docere: ⁊ ali⁹ discipuloꝝ: q
b⁹ expedit addiscere. ¶ Stat⁹ pfectiōis exercēde: ē p̄latoꝝ: qb⁹ docere pfectio

nē: ⁊ regulare alios ꝯuenit. Et ad hoc ꝙ ꝺbite exerceat̄ reqrit ꝑfectionē acq̄si
tā: nā male exercet̄ qđ nōdū habet. ¶ Stat⁹ ꝑfectiōis acq̄rēde ꝯuenit statib⁹
religionū: vbi sunt istrumēta maxīa ad ꝑfectionē acq̄rēdā. s. obediētia pau
ptas. castitas ⁊c. puta vigilie. ieiunia: ⁊ silia q̄ nō sūt i cōi statu hoīz. Nō hec
nō sūt ꝑfectiōes de se: q2 sine his put fuant̄ a religiosis fuerūt multi ꝑfecti: vt
Abrahā ⁊c. tñ ad ꝑfectionē inducūt: nō ꝑ se: sʒ q2 tollūt ipedimēta ꝑfectiōis.
Impedit enī amorē dei. amor vxoris. amor filioꝝ. amor diuitiaꝝ. amor ꝓpe
libertatis. amor delectationū cibi ⁊c. q2 min⁹ te diligit (igt Augustin⁹ deo) q
tecū aliqd diligit. Tria aūt vota ⁊ cetera religiōis statuta: eo magis sunt in-
strumēta perfectiōis q̄to āpli⁹ sūt apta istrumēta ad tollēdū hūc amorem ⁊
solicitudinē terrenoꝝ. Est ergo nō hr̄e ꝓpetatē instrm ad amorē dei: ex quo
disponit ad ꝯtētū diuitiaꝝ. ⁊ tollere vr̄ solicitudinē diuitiaꝝ: q2 facili⁹ ꝯtēni
tur nō hitū q̄ʒ hitū odiat̄. Et sic de alijs. Ac ꝓpter hoc stat⁹ religiōis dr̄ stat⁹
perfectiōis acq̄rēde: nō q2 oēs q sūt i ea sint perfecti: ⁊ q nō sūt i ea sint alieni
a perfectiōe (absit) sʒ q2 ē scola vbi docet̄ ⁊ addiscit̄ perfectio: ⁊ vbi est maxīa
dispositio ad acq̄rēdū ipāz perfectionē. Et hmōi dispositio ꝓuenit ex abre-
nūciatiōe terrēoꝝ: alioꝝq3 exercitioꝝ q̄ disponūt ad perfectionē: put sūt oro
ieiuniū: vigilie ⁊c. Vñ sicut nō seq̄t iste ē scola theologoꝝ ergo ē theolog⁹: sic
nō seq̄t: iste ē i statu perfectiōis: ergo ē perfect⁹. Nō. n. dr̄ religio stat⁹ ꝑfectio
nis q2 i ea sit perfectio: sʒ q2 ē stat⁹ i quo ē dispositio ꝓxima ad perfectionē ac
q̄rēdā. Vñ ꝓpe nō dr̄ stat⁹ ꝑfectiōis ⁊ absolute: sʒ cū addito: acq̄rēde. Ideo-
q3 nō seq̄t: ē stat⁹ perfectiōis acq̄rēde. ergo ē stat⁹ perfectiōis. Quapropt̄ nul
lus glet̄ dicēs: me⁹ stat⁹ ē perfectissim⁹. Nā q d ꝓdest eē i scola altissime sciē
tie si nihil ad istas: ⁊ alius i minori sit te sapiētior: Hic seq̄t: ꝙ multi sūt ꝑfecti
ꝙ nō sūt i statu perfectiōis: ⁊ multi sūt iperfecti: ⁊ tñ i statu maxīe ꝑfectiōis.
Vñ nō ē aliō dicere ista religio ē illa ꝑfectior: nisi ꝙ ista ē aptior ad ꝑfectiōez:
q2 h3 modū viuēdi talē ⁊ normā: qb⁹ cit⁹ ad qrī pōt ꝑfectio: ⁊ maior ꝑfectio.
Sic diceret̄: hec melior scola illa. Nec seq̄t. Ergo sapiētiores sūt studētes ei⁹.

De ipedimē-tis perfectionis.

¶ Notādū isup: ꝙ aliq̄ ipediūt ꝑ se ꝑfectionē. Et sūt illa cū qb⁹ nō stat perfe
ctio. Vt: vbi gr̄a. pctm̄ amor diuitiaꝝ: ⁊ vxoris: nō ꝓpt̄ dn̄. solicitudo tpaliū:
auertēs a deo: ⁊ ꝯsilia q̄ nō stāt cū amore dī ꝑfecto. Et ista tollūt d ꝑ se de rōne
ꝑfectiōis: q2 q̄tū talia crescūt: tñ amor dī decrescit: vel totalr̄ ānullat̄. Alia
diminuūt ꝑ accidēs. i. ꝑ alteꝝ ꝺ rōnē ꝑfectiōis: ac illā ipediūt. Et he sūt diuit
ie. delitie: ⁊ silia. Nō q2 de se a dō auertūt: cū imo de se ad amorē dī sūt nata
iducere: q2 bōa sūt. Et ois creatura ad amorē dī accēdere nata ē. Sʒ ipediūt
ꝓpt̄ solicitudinē quā iducūt: ⁊ amorē ad quē alliciūt. Et hoc magis ex nr̄a
corruptiōe q̄ʒ ex sua natura ⁊ ꝓpetate ꝓuenit. Hic ē ꝙ abrenūciatio diuitia
rū mūdi ⁊c. adiuuat ad perfectionē per accidēs: q2 tollit illa q̄ vt i plurimū:
⁊ fere sp sūt nob obstacla ad amorē dī adq̄rēdū. ¶ His itellectis: claret rñsio

¶ Quot religio frm̄ minoꝝ est stat⁹ perfectissimus.

dubij. s. ꝙ stat⁹ frm̄ minoꝝ sit stat⁹ perfectissim⁹. Q2 cū religiōis stat⁹ sit scola
perfectiōis. ergo ille stat⁹ est perfectior q maxime disponit ad perfectionē ac
q̄rēdā. Sicut illa melior scola theologie vbi melius docet̄ ⁊ addiscit̄ perfe
cta theologie sciētia. Quis ergo erit talis stat⁹ nisi ille q reddit hoīem magis
absolutū a solicitudie noxia terrenoꝝ q̄ nimis dī amori aduersat̄: eo ꝙ terrēa

nutriunt cupiditatẽ q̃ amori dei ꝛ charitati ꝯtrariatur? Quis aũt status sup oẽs reddit hoĩm magis liberũ ab amore terrenoꝝ q̃ꝫ status eoꝝ q nec hñt in particulari nec ĩ cõi: cũ iolla magis amorẽ tpaliũ q̃ amorem dei impedit? Anim⁹ enĩ sine delectatiõe esse nõ põt. Tpalia aũt sunt visi⁹ alaꝝ spũaliũ aĩe ne ad diuina euolet. Et sic magis tollit stat⁹ iste impedimẽta pfectiõis: ꝛ causas solicitudinis q̃ꝫ aliqs alius. Nã si hr̃e in cõi diminuit amorẽ terrenoꝝ: magis diminuet nõ hr̃e ĩ cõi nec ĩ particulari: qꝛ q̃to qs minus terrena possidet: minus illa amat. Qui aũt hꝫ ĩ cõi: lꝫ nõ amet ꝓpꝛium qꝛ nõ hꝫ: manet tñ sibi amor ad cõe. Sed q nihil amat: min⁹ amat: Nam minus amant q̃ non possidẽtur q̃ꝫ possessa: dicẽte Augustino ad Paullinã ꝛ Terasiã: q terrena plus diligũtur adepta q̃ꝫ concupita ꝯstringũt. Ista enĩ velut membra pscinduntur: illa velut extranea repudiant. ¶ Hoc idem ꝓbat etiã aliter. Ille status est pfectior q maxĩme ad dei amorẽ disponit. Quis aũt magis disponit ad dei amorẽ q̃ꝫ ille q magis tollere vi amorẽ terrenoꝝ? Hic est aũt stat⁹ oĩa abdicantiũ tam in cõi q̃ꝫ in particulari. ¶ Quot autẽ hmõi status attingat culmẽ euãgelice pauptatis pꝫ sic. Pauptas euãgelica est oĩa ꝯtemnere ac relinq̃re: vt pꝫ p illd̕ euãgelij. Si vis pfectus esse vade ꝛ vende oĩa q̃ habes ꝛ da paupibus. Et p illd̕. Nisi qs renũciauerit oĩb⁹ q̃ possidet nõ põt me⁹ esse discipulus. Et p illd̕. Ecce nos reliqm⁹ oĩa ꝛc. Quis aũt plus ꝯtemnit q̃ꝫ ille q oĩa reliqt: ꝛ nihil possidet tam in particulari q̃ꝫ in cõi? Hec est certe suprema pauptas: qua nulla maior dari põt. Hoc aũt sensit btũs Frãciscus cum in regula dixit. Hec est illa celsitudo altissime pauptatis. Ergo culmẽ pauptatis euãgelice attingit.

Obiectiones cõtra supradicta: cũ suis responsionibus.

¶ Sed qꝛ vitas impugnata magis intestit: quemadmodũ aurũ igne ꝓbatũ ꝛ purgatũ: ideo ꝯtra p̃dicta ꝛ dicẽda aliq̃ obiectiones cũ eaꝝ solutionib⁹ ponent. Et p̃mo ꝯtra p̃dictum q status oĩa abdicãtium sit pfectissimus. Quid ergo status Cartusiensiũ: ꝛ sanctoꝝ Bñdicti: Bernardi ꝛc. erũt minus pfecti? Respondet: q ꝓbationes sup⁹ adducte ꝓbant hũc esse pfectissimũ ex parte: ꝛ nõ vniuersalr̃. Nam religio d̃r status pfectionis acqrende. Et illa est pfectior vbi meli⁹ ad isti ꝛ adquiri põt. Modo in statu isto ex parte pauptatis pfectior est: qꝛ pauptas eius altissima. Nõ extollit ergo status iñ sup oẽs absolute: sed solũ quo ad pauptatem. Loquendo iñ absolute: oporteret videre: ac põderare nõ solũ pauptatem: verum etiã alia q̃ sunt in relegionib⁹. s. ieiunia. solitudinẽ: ꝛ alias aspitates q̃ sunt in ordine cartusiensiũ: ꝛ alijs: ac videre q preponderat amplius ad pfectionem: an talis abdicatio rerũ: vel alia supradicta. Sed qꝛ oĩs cõparatio est odiosa: non insisto amplius in hoc: nisi solũ dico q q̃ꝫtũ ad pauptatẽ: q̃ est valde essencialis in religionib⁹: hic status excedit oẽs. Dico etiã: q nihil ꝓdest maxima pfectio stat⁹ si vita in eo viuẽtiũ sit ĩfirma: ꝛ deiectior. Nec ꝓpterea seqtur q viuẽtes in tali statu sint pfectiores: vt dictum est.

¶ Dubium secundum.

Secundũ dubiũ est: vtrũ asserere xp̃m ꝛ aplõs post apostolatum nihil iuris ꝓprietatis: ꝛ vsũ in speciali vel in cõi in reb⁹ tpalib⁹ habuisse sit hereticũ: vel catholicũ: nõ obstantib⁹ ꝯstitutionibus Joãnis. xxij. ¶ Rñdetur: q nõ est hereticũ: sed sanũ ꝛ catholicũ: ꝓut satis clare deducitur

¶ Neqȝ dormiāt vnq̄ȝ frēs sine habitu. femoralibꝰ: ⁊ corda: nisi manifesta necessitate vel ifirmitate cogāt. Et q̄cūqȝ reptꝰ fuerit iacere sine habitu: i terra corā fr̄ibꝰ sine habitu in seq̄nti prādio comedat. ¶ Ministri ⁊ custodes ac guardiani grauiter puniāt illos q inuēti fuerit nō cogēte necessitate portare capitegia: seu sudaria circa collū: ⁊ almucia alba siue rubea: siue de pāno vel de tela. ¶ Itē frēs sani dormitorio culcitris. linteaminibus: ac

De corda cal

puluinaribꝰ de pluma nō vtant. ¶ Cingulū habeat corda cōis ⁊ rudis: et

oĩs curiositas ab ea penit⁹ rescindat. ¶ Habeant quoqꝫ calciamẽta de corio in cõiũ ꝑ missis celebrãdis. Et frẽs occasiõe missaꝝ ⁊ nõ alias sine mini-stri ꝓuincialis. custodis: vel guardiani licẽtia calcient: iuxta rlãm ⁊ declara tionẽ papalẽ. ¶ Tõsurã desuꝑ aures tã clerici q̃ꝫ laici sibi fieri ꝓcurent. Ad qndeiã aũt semꝑ oẽs radãtur. Et sit tõsura clericoꝝ nõ modica vt decet re-ligiosos: scꝫ vt iter tꝑam ⁊ aures nõ sint plus q̃ꝫ tres digiti. ¶ Preterea cũ re-gula dicat: q̃ frẽs nõ recipiãt pecuniã ꝑ se vel iterpositã ꝑsonã: ⁊ qualr̃ hoc intelligi debeat ꝑ duos summos põtifices: scꝫ Nicolaũ. 3. ⁊ Clemẽtẽ. v. ap te fuerit declaratũ: ordinam⁹ vt hoc meli⁹ obſuetur: q̃ declaratiões ꝑdicte quantũ ad istũ articulũ: ⁊ alia q̃ ꝑtinent ad obseruantiã paupꝑtatis: quater in anno: ⁊ ipse declaratiões bis ad min⁹ ꝑ integrũ in ãno legãtur: ne ignorãtia sit ipsis fratrib⁹ occasio delinq̃ndi. ¶ Nullus frater quacũqꝫ ex causa pecu niam apđ aliquẽ deponi sustineat: vel ꝯsuari sine licẽtia speciali: ⁊ semꝑ cuꝫ ꝯsciẽtia guardiani. Et nullo ꝯcedat nisi ꝓ necessitate ꝑsenti: vel de proximo imminẽti. ¶ Quicũqꝫ frater pecuniã suꝑ se portauerit: vel manu ꝓpria con trectauerit: vel in cella retinuerit: pena ꝓprietarij puniatur. Si ꝟo scđa vice repertua fuerit pecuniã suꝑ se portasse: vel manu ꝓpria ꝯtrectasse: pena car-ceris puniatur. ¶ Penactã ꝓprietarij puniãtur frẽs illi q̃ sine sui suꝑioris licẽtia libros sibi cõcessos: vel alia q̃cũqꝫ extra ꝯuẽtum vel locũ fr̃m depo-nunt: ⁊ a secularibus faciũt ꝯseruari. ¶ Caueant guardiani ⁊ frẽs alij: ne se vel locum aliquem in debita onerosa inducãt vel induci ꝑmittãt absqꝫ mi-nistri ꝓuincialis ꝯsilio ⁊ assensu. Et de his debitis in quolibet ꝓuĩciali ca. ꝑgratur. Ceterum ꝓ edificijs ꝯstruẽdis. locis mutãdis. vel ampliandis: aut pro libris scribẽdis: vel emẽdis: debita fieri ꝓhibem⁹: nisi minister ꝓui cialis de discretoꝝ ꝯsilio ex causa rationabili viderit dispẽsandũ. ¶ Insuꝑ frẽs non habeant: nec mutuẽt vasa aurea vel argẽtea: vel vtãtur eisdem: vel alijs iocalibus ꝑciosis. Et q̃cũqꝫ ꝯtrafecerit: habitus expolietur: ⁊ de mutua tis nihilominus puniatur ad arbitriũ ministroꝝ. ¶ Ecclias etiam ⁊ alia edi ficia q̃ excessiua merito debeãt reputari: fieri de cetero firmiter prohibem⁹. ¶ Paramẽta quoqꝫ ⁊ vasa ecclãstica decentia in numero ⁊ magnitudine ⁊ sufficiẽtia competẽti a fratribus habeãtur. Et in his suꝑiores vigilẽt: vt oĩs suꝑfluitas euitetur. ¶ Nullũ etiã sumptuosum vel notabile edificiũ ꝯstrua tur: vel destruat̃ sine licẽtia ⁊ dispẽsatiõe ministri ꝓuicialis. Et q̃ ꝯtrartum fecerit vel ꝯsuluerit: a ministrũ ꝓuincialẽ de loco irreuocabilr̃ expellatur: et alijs penis grauib⁹ puniat̃. Custos ꝟo ꝑdictũ excessum statũ denunciare de beat ꝓuinciali ministro. ¶ Item frẽs nullã lr̃am vel instrumẽtũ cõfici per-mittant in q̃bus ꝓtestent̃ se pecuniã recepisse. Possunt tñ verbo vel scripto dicere certãtam quãtitatem pecunie datã vel legatã pro sua necessitate vel vtili tate ab aliqua persona esse acceptam: ⁊ sibi plenarie satisfactum. ¶ Libri fra trum decedentium: illorum erunt ꝯuẽtuum seu locorum a q̃bus vel in quo cum terminis habiti sunt vel acq̃siti. Et si super ijs dubium in posteꝝ oria-tur illud fiat q̃ minister prouincialis in sua prouinciali congregatiõe iudi cauerit faciẽdum. ¶ Et pro ipsoꝝ libroꝝ ꝯseruatione volumus: q̃ libri ꝯuẽ-tuũ registrẽt̃: ⁊ annis singlis registra de ipsis ꝯfecta corã legãt̃ seu renouent̃.

ciamentis: et tonsura.

Q̃ð legãt̃ declarationes Nico. ⁊ Cle.

Q̃ð nõ ꝯpo nat̃ pecunia ne portetur a fratribus.

¶ De debitis nõ cõtrahen-dis.

De iocalib⁹ ꝑciosis. edifi cijs: ⁊ para-mẽtis ecclesi asticis.

De lr̃a ꝓtesta toria recepti-one pecunie.

De libris de cedẽtiũ frm̃.

De reuerētia ⁊ ꝯformitate cū clericis.

¶ Distribuantur aūt libri hmōi ꝑ guardianū: de assensu ꝯuent⁹ ⁊ licētia ꝓuincialis ministri: ⁊ schedulā semꝑ recipiāt ab eis qbus fuerit distributi. ¶ Caueant frēs ꝑ posse ab oī scādalo clericoꝝ: ⁊ irreuerētia ꝑlatoꝝ. Et tpe gnālis interdicti: ſm formā dñi Clemētis. v. matricib⁹ ecclijs se ꝯformēt. ¶ Ordinat capl'm gñale ꝙ frēs de ijs funeralibus q̄ rōne eoꝝ q apd eos sepeliuntur obuenerint: libere curatis exhibeāt canonicā portionē. Et summo studio caueāt: ne occasiōe canonice portiōis ī romana curia vel alibi lites moueāt cū curatis.

¶ De modo interius ꝯuersandi. Cap. iiij.

De ieiunio.

Cum ſm rl'am teneamur duas quadragesimas ieiunare: ⁊ itermedia suadeat cū bñone dei: ex hui⁹ bñonis amore statuim⁹: ꝙ tali hora comedāt frēs: ꝙ q volūt ieiunare non grauent scz hora. vj. ¶ Obsecrat tñ gñalis cōgregatio: ꝙ oēs frēs in ipsa q̄dragesima itermedia: scz bti Francisci: in ꝯuentu sint vna refectiōe ꝯtenti: ad amouendas multas discordiationes: ⁊ ad obtinendā bñonē paternā: exceptis minutis. debilib⁹: ⁊ infirmis. ¶ Aploꝝ ieiunent vigilie intus ⁊ extra: btoꝝ Philippi ⁊ Jacobi: Joannis euāgeliste: ⁊ Barnabe tñ exceptis. Uigilia Bartholomei ieiunet: ⁊ festum fiat ſm modū ꝓrie. Uigilia bti frācisci ieiunet. ¶ Jeiunia rl'e in cibo q̄dragesimali fuent: nisi aliqñ ministro ꝓuinciali q̄tū ad aliquos ꝯuctus seu loca aliō videat: de ꝯsilio discretoꝝ.

¶ De esu carniū: ⁊ alijs circa cibum necessarijs.

¶ Circa esum carniū frēs tēperate se habeāt: ⁊ de sero in locis suis nullo tpe carnes comedāt: exceptis īfirmis ⁊ hospitibus de nouo veniētibus: ⁊ nisi ex causa rōnabili aliqñ superior viderit dispēsandū. ¶ De nō comedēdo aūt carnes in refectorio: aut in nōnullis festiuitatibus ꝑ annū occurrentib⁹: teneat q̄libz ꝓuincia ⁊ ꝯuentus suā ꝯsuetudinē: vel faciat sup hoc iuxta suoꝝ ꝓsidentiū dispositionē. ¶ Rursus ordinamus: ꝙ ministri. custodes. guardiani: ac eoꝝ vicarij sint cū frīb⁹ in ꝯuentu. in eccl'ia. in mensa. cibis. vestibus: ⁊ lectis q̄ndiu fortes ⁊ sani fuerit: eisdē frībus se ꝯforment. ¶ Ordinamus ēt ꝙ ministri ⁊ custodes sollicitā curam gerant: ꝙ de eleemosynis ⁊ rebus alijs q̄ obuenerint ꝯuentib⁹ ꝑ guardianū ꝓuideat moderate iuxta eleemosynaꝝ ⁊ obuentionū hmōi q̄titatē in cōi: ne frēs ipsi ꝓpter defectū cōis ⁊ sufficientis vict⁹ seorsum comedere: ac particulariter ⁊ inordinate vite necessaria sibi ꝓcurare cogant. ¶ Dicti aūt guardiani diligēter caueāt: ne sine pia ⁊ rōnabili causa dent frīb⁹ extra cōitatē licentiā comedendi. ¶ Uolum⁹ quoqz ꝙ sꝑ in mēsa ꝯuētus lectio habeatur.

Quod nō induant vestes extraneas: nec suas accōmodēt.

¶ Caueāt frēs in festo scti Necolai seu Innocentū: vel qbuscūqz alijs festis vestes extraneas. religiosas seu sclares: aut clericales: seu muliebres: ēt sub specie deuotiōis iduere. Nec habit⁹ aut vestes ordinis sclarib⁹ ꝓ ludis faciendis: aut sibi⁹ vllo mō accōmodent: sub pena amotiōis ꝯfusibilis de ꝯuētu.

De ꝯuictib⁹ infirmis.

¶ Ordinam⁹ insup: ꝙ frīb⁹ ifirmis frēs infirmarij: alij frēs īfirmoꝝ ꝯuicijs deputati studeāt cū diligentia ⁊ sedulitate: iuxta rl'e ⁊ charitatis ꝓceptuz: eis ꝯuire: ac seruiri facere: ⁊ de cūctis necessitatib⁹ ꝓuidere seu ꝓuideri facere debeāt: ⁊ hoc de cōib⁹ eleemosynis: nisi ꝑ necessitate frēs īfirmi ēēt districte aliq̄ eleemosyna deputata. ¶ Uisitatores quoqz in ꝓuincijs q̄s visitāt: de hoc articulo signāter inqrāt. Et si aliq̄s ꝓuincias in hoc viciosas inuenerit: sidelr ꝯitatē significēt capl'o seu ꝯgregatiōi gñali. ¶ Jtē ordinamus: ꝙ guardiani

nō possint indui de quacūqz elemosyna: nec pānū recipe ꝑ vestitu: donec ei bus fratrib⁹ indigētib⁹ sui loci fuerit de vestimētis ꝓuisum. ¶ Fratres oēs De hospitibus.
hospites recipiant in visceribus charitatis: maxime veniētes de extraneis partibus ac remotis. Et si qñqz frēs ꝑdicatores ad loca nr̄a venerint: velut frēs nr̄i ordinis benigne recipiātur: ⁊ charitatiue. Et seminātes inter eos ⁊ nos zizaniā discordie: grauiter puniant. ¶ Ipsi vero hospites in locis vbi vltra De genuflexione.
tres dies morā traxerit: dicāt in cap. culpas suas. Et dicta culpa: acceptaqz pniā: egrediant. ¶ Itē cū illi⁹ summe grē opus quo hō ꝯiunct⁹ est deo in vnitate ꝑsone: legit in missa: genuflectāt fratres ad illud ꝟbū euāgelij. Uerbum caro factū est: ⁊ ad illō ꝟbū apl̄i. In noīe iesu: ⁊ ad illō. Ecce āncilla dn̄i: ⁊ ad illud. Procidētes adorauerūt: ⁊ alias alibi sicut i ordinario positū inuenit. De cōione.
¶ Ad illud aūt altissimū eucharistie sacrm̄ diligent se ꝑparent oēs fratres. Et vt hoc meli⁹ fiat: statuim⁹ vt singuli frēs determinatos de ꝯsciētia guardiani habeant cōfessores: q̄bus bis ad min⁹ cōfiteantur in q̄libet septimana. ¶ Fratres vero nō sacerdotes: d̄ q̄ndena in q̄ndenā semp comunicēt in missa cōuent⁹: nisi rem̄ serint: de licētia ꝑsidentis. Et de hoc sint solliciti Guardiani: vt ꝑ vtriusqz sacramēti frequētiā: scte cōuersationis in vtroqz homine puritas obseruet. ¶ Itē ad ociū euitandū ordinamus: q̄ tam clerici q̄ laici De ocio euitando.
cōpellant ꝑ suos supiores in occupationib⁹ seu laborib⁹ sibi cōpetentibus exerceri. Et si q̄ inuēti fuerint notabilr̄ ociosi vel vitiosi: ꝑ ministrū vel custodē voce actiua ⁊ passiua priuent. Qd̄ si supiores in hoc fuerint negligentes: a visitatorib⁹ puniant: q̄ diligēter inq̄rant q̄liter hec constitutio obseruetur. De studio.
¶ Itē statuim⁹ ⁊ ordinam⁹: ad prestādū in sciētia pie ꝓficere volentib⁹ auxilium ⁊ fauorē: q̄ de cetero studia in vnaquaqz ꝓuintia habeant in locis per ꝓuintiale caplm̄ ad hoc assignandis: ꝑ que studia frēs in ꝑmitiuis scientijs ⁊ in sacra theologia debite instruant: ⁊ sup hoc ministri ꝓuinciales diligent inuigilent: vt ꝑ guardianū ⁊ alios hec ipa cōstitutio debitū sortiat effectum. De ordinib⁹ sacris.
¶ Itē frēs sacros ordines nō recipiāt sine sui ministri ꝓuincialis licētia vel custodis: cui minister ꝓuintial' hanc licētiā dederit. Et quicūqz cōtra fecerit a suscepto ordine suspendat. Nec ꝓmoueat ad sacerdotiū: nisi etatis sue attigerit vigesimum quintum annum.

¶ De modo exterius conuersandi. Capt. 5.

Ordinam⁹: q̄ discursus inutiles cū sūma diligētia a supiorib⁹ (quātū fieri poterit) arceant. Et nullus fr̄ vadat pedes vel eques sine frē socio: aut sine frē socio alicubi cōmoret. ¶ Tollat quoqz abusus asinandi: ꝑterq̄ in casu necessitatis vt regl'a cōcedit: attētis tn̄ verbis scti Bonauēture in sua ꝺclaratione sup hoc passu dicētis: frēs nō debere equitare nec bigare nec quadrigare: nisi manifesta necessitate p' ministrū vel custodē: vel in eoꝝ absentia ꝑ guardianū vl' ei⁹ vicariū: d̄ cōsilio discretorum iudicanda. De discursib⁹ frm: ⁊ nō equitādo.
¶ Ministri ꝓuinciales vl' custodes curā hn̄tes monialiū scte clare: in suo ꝓuideāt caplis q̄ frēs: ⁊ qn̄ ad eaꝝ loca intrari hēant: vel eis ad s'uitiū deputati: ita q̄ alij frēs ad ipaꝝ monialiū loca absqz ipsi⁹ capl'i dispēsatione seu licētia accedere nō p̄sumāt. ¶ Itē ordinam⁹: q̄ frēs sue ꝓuincie excēptē: guardianis seu vicarijs ꝯuentuū ꝑ quos trāseūt suas lrās vl' lr̄as ostēdāt: ⁊ ipi guar Prouisio circa monasteria monialium. De lr̄is testimonialib⁹.

diani seu vicarij eas exigāt: si in osidēdo frēs fuerint negligētes. ¶ Frib⁹ aūt
ad alia loca friū nr̄e familie itra ꝓuīciā ituris. lfe testioniales dēt vl' nō dēt:

De eūtib⁹ ad loca vbi frēs morāt.

ƀz distātiā viaꝝ: ꝛ dispōsitiōez in ītētiū. ¶ Caueāt quoqȝ frēs ciuitatē oppi-
dū vl' castrū vbi morāt frēs igressuri: ne vltra ꝑfirā sibi horā morā ꝓtrahāt:
nec ad loca alia: sine necessitate supueniēte postmodū supiori exponēda: dcli
nēt. ¶ Frēs nō comedāt vel bibāt i vill. castris. ciuitatib⁹ vel oppidis i qb⁹
morāt frēs: nisi cū dn̄is terraꝝ: ꝛ platis: ꝛ viris religiosis in domib⁹ eoꝝdē.
Nec iterꝑtatiue glibȝ cēseāt plat⁹ aūt dn̄s terraꝝ. Et si qs ꝯtrafecerit: īfra. 8.

De assumendis ad cōfessiones: ꝛ ꝑdicatiōes seculariū.

dies abstineat a vino i vna ꝯpleta refectiōe. ¶ Itē statuim⁹: ꝙ miīster ꝓuīcia
les nō possint extra sua capl'a frēs: sicut nec ad ꝑdicationū ita nec ad ꝯfessio
nū audiēdaꝝ officia assumere seu ꝓmouere. Et ꝑusqȝ ad hmōi officia assu-
māt: testioniū d' eoꝝ vita ꝛ sufficiētia a frib⁹ fidedignis ꝛ noticiā eoꝝ hn̄ti-
b⁹: d' ipoꝝ ac discretoꝝ ad ꝓuīciale ca. trāsmissoꝝ ꝯsilio dputēt. ¶ Et sint i-
structi ad hmōi ꝯfessiōes audiēdas assumēdi de casib⁹ reſuatis. Nec idiffe-

De ꝯfessionibus.

rēter pn̄ias peculiarias iponāt. Et vbi iponēde rōnabil'r eēnt: nō sibi aut su-
is frib⁹ eas dari faciāt. ¶ Cōfessiōes quoqȝ mlieꝝ audiāt in aliquo loco pa
tēti eccle: vel alio loco hōesto ēt patēti. ¶ Null⁹ fr̄ ꝓ ꝯfessiōe audiēda: seu alia
qcūqȝ d' causa: iuxta mlierē stet vel sedeat: nisi ipe ꝛ soci⁹ libere se possint in
tuo videre. ¶ Et caueāt frēs oēs a suspectis ꝯsortijs ꝛ ꝓlixis collogijs mlieꝝ.
Et qcūqȝ ꝯtrafecerit: a socijs accusent. ¶ Itē null⁹ fr̄ a mliere votū ꝯtinētie
regrat: seu oblatū recipiat: seu ad faciēdū sibi oblaȝ iducat. Et qcūqȝ ꝯtrafe-

Qd frēs nō sint iudices: nec negocijs se ingerant.

cerit: a miīstro ꝓuinciali ꝑ sex mēses ꝑbatiōis capucio: vel alia pena equalēti
puniat. ¶ Itē frēs nō sint iudices nec arbitri quoꝝcūqȝ: nec d' alijs officijs
ordinē nrȝ dedecētib⁹ se aliql'r intromittāt. Et qcūqȝ ꝯtrafecerit: oīb⁹ actib⁹
legitimis ꝑuet. ¶ Null⁹ fr̄ ꝓcuret ꝑ se vel ꝑ aliū quomīnō cōmitti sibi vel
alteri fri aliq̄ negocia ꝓcurāda ꝑ reges. ꝑncipes. prelatos seu cōitates: aut ꝙ
maneat vel eqtet cū eisdē. Nec aliqs nimis se ingerat curis platoꝝ: vel quo-
rūlibȝ dn̄oꝝ vel dn̄aꝝ. Si qs aūt contrafecerit ꝓcurādo cōmitti sibi nego-
cia: vel suā cū ꝑsonis extra ordinē māsionē: oīb⁹ officijs ordinis hēat indig

De apostatis.

nus: ꝛ si sacerdos fit: suspēdat a cōfessiōib⁹ audiēdis. ¶ Itē statuim⁹ ꝛ ordi-
namus: ꝙ frēs q de ꝓuincia ad ꝓuinciā absqȝ lr̄ia fugerint: ꝑ ministrū ill⁹
ꝓuincie carcerib⁹ mācipēt: vel aliq̄ pēa: ꝑm qd sibi visuȝ fuerint puniāt: ac
ēt ad ꝓuinciā de qua fugerint remittāt. ¶ Null⁹ insuꝑ guardianus recipere
possit frēs alteri⁹ cōuēt⁹ sine lr̄ia remanēdi venītes: sȝ ad suū ministrū ꝓ-
uincialē eos remittāt. ¶ Si aūt cū lr̄ia ad tp̄s cōcessa venerint: expletis ijs q̄
expedire habebūt: remanere non possint.

¶ De correctione delinqntium. Cap. vi.

Facultas puniendi delinqntes.

Bonifacius papa. 8. Ad augmētū cōtinuū religionū ꝛ ordinū (quos
romana suscepit ꝛ approbauit eccl'ia) ꝑfr̄is studijs intēdētes: ꝛ ꝯside-
rātes attēti⁹ ꝙ nō intermissa sedulitas discipl'e ꝛ rigoris ordines sui
pradictos statusqȝ regulares salubriter dirigit ꝛ conseruat: ꝙqȝ si eā perire
vel remitti contigerit: ordo qlibȝ collabi necessario cogeret. Pēsantesqȝ ꝙ si
regulariū ꝑsonaꝝ correctio rimas iuris ꝛ apices seqret: hmōi rigor lentesce-
ret: ac multiplici laxatione torperet: nos vr̄is pijs supplicationibus inclinati:

vobis auctoritate aplica indulgemus: vt ad correctiones z punitiones frm̃ eiusdẽ ordinis delinquẽtiũ infligẽdas plati ordinis supradicti (ad quos eadẽ spectare noscũt) rimulis iuris z apicibus eius postpositis libere pcedere valeant fm̃ consuetudines approbatas z gñalia facta vel ẽt fienda ipsius ordinis instituta. Nec volum⁹ eisdẽ licere frib⁹ ab eisdẽ correctionib⁹ z punitiõib⁹ aliquaten⁹ appellare: p̃uia deliberatiõe ac maturitate debita obseruatis.

Casus mini stro puinciali reseruati.

Capitu. genera.

¶ Ordinam⁹ q̃ null⁹ frater puincialis ministro inferior nisi ex speciali gñalis vel puincialis ministri lĩa possit aliquẽ frẽm absoluere a pctõ in obie ↄtumacis. p̃prietarie rez detẽtiõis. lapsus carnis. furti rei notabilis: seu freq̃nter iterati. iniectiõis manuũ violẽte: falsi testimonij in iudicio facti. ↄpositiõis vel p̃iectiõis aut publicatiõis libelli famosi. falsificatiõis sigilli cuiuscũq; psone notabilis: z false criminatiõis in īfamiã cuiuscũq;. Dictum⁹ aũt inobiam cõtumacẽ: qñ q̃s trina mõitiõe p̃missa: factis cõgruis interuallis p diẽ naturalẽ inobediẽs p̃seuerat. Quare p̃nti ordĩatiõe statuim⁹: q̃ si q̃ frm̃ diuina puitẽte iustitia: z ãtiq hostis fallacia pcurãte (q̃d absit) p̃memoratis criminibus: aut aliquo ipoz fuerint irretiti: p absolutiõis bñficio ad p̃fatos ministros vel eoz cõmissarios recurrere d̃beãt sine mora. ¶ Null⁹ cõfessor possit absoluere d̃ tactib⁹ ĩpudicis z enormib⁹: nisi q̃ d̃ lapsu carnis h̃z lĩaz absoluẽdi. Et d̃ sollicitãtib⁹ ex certa sciẽtia ad pctm̃ carnis: idẽ iudiciũ h̃eãt. ¶ Itẽ custodes nõ possint absoluere a p̃dictis: et in puãio cõmissis: nisi p ministrũ specialr cõmittat̃ eisdẽ. ¶ Itẽ si aliq̃s ministrio puincialis cõmittat alicui subditoz suoz auctoritatẽ suã sup illis casib⁹ q̃ ministris puincialib⁹ reƀuãt̃: si ↄtingat ministrũ mori vl' ab officio ministerat⁹ amoueri: tal' cõmissio penes illum cui facta fuerit remaneat: donec minister in puincia h̃eãt. Et q̃cũq; confessor ex certa sciẽtia p̃sumpserit absoluere a p̃dictis: suspẽs⁹ sit ipo facto a ↄfessiõib⁹ audiẽdis: nec restitui possit nisi p puincialẽ ministrũ. Et q̃cũq; in hoc vitios⁹ legitĩe fuerit d̃p̃hẽs⁹: pẽa carceris puiat̃. Si q̃s ãt aus⁹ fuerit affirmare: q̃ quilib; sacerdos possit absoluere a pctõ: sup q̃ nõ h̃z ↄmissã auctẽ: z maxie p̃dictis: z correct⁹ reuocare noluerit: tãq̃ erras z subuersor carceri mãcipet̃.

Facultas absoluẽdi fres: z a sclo fugientes ab irregularitate.

Bonifa. papa. viij.

¶ Gñalis z singli puinciales ministri: z eoz vicarij: ac ẽt custodes in prouincijs z custodijs sibi cõmissis fratrib⁹ ↄstitutis ibidẽ: necnõ z fratrib⁹ alijs eiusdẽ ordinis interdũ ad eos declinãtib⁹ vndecũq;: absolutione z dispensatione indigẽtib⁹: siue p̃usq̃ intrauerint ordinẽ siue post in casib⁹ excesserint p q̃b⁹ excõicationis. interdicti: vel suspẽsionis incurrerint sentẽtias a iure vel a iudice gñalr p̃mulgatas: z huiõi sentẽtijs innodati: aut in locis interdicto ecclastico suppositis diuina officia celebrãtes: vel suscipiẽtes ordines sic ligati: notã irreglaritatis incurrerint: absolutiõis z dispẽsationis bñficiũ valeãt impartiri: nisi a d̃o grauis z enormis excessus fuerint q̃ sint ad eãdẽ sedẽ merito destinãdi. ¶ Frẽs ẽt quos p tpe vos gñalis z puincialis ministri: necnõ z vices vr̃as gerentes: ac ẽt vos custodes in p̃pos confessores habueritis: absolutionis z dispensationis beneficium vob (cum expedierit) valeant impartiri: iuxta formam concessionis super absolutione et dispensa-

Quod plati pñt absolui p p̃pos confessores.

tione frm eiuſdē ordinis vſi ſupius facte. Et infra. ¶ Inſup ſubibem⁹ vniuerſis fribus vri ordis: ne aliquis eorum niſi in neceſſitatis articulo aliꝗ̃ prelatis ſuis peccata ſua confiteri preſumant: vel alijs ſacerdotibus eiuſdem ordinis: ſecundum regulam ꝛ ipſius ordinis inſtitutam.

Interdicitꝰ ꝯfitēdi ptās niſi cū ſacerdotib⁹ noſtri ordinis.

Capi ge.

¶ Ab excōicatiōe p iniectiōe manuū violēta poſſit cuſtos abſoluere: vel guardian⁹ ſi cuſtodis pſentia infra diē naturalē nō poſſit hri: aut vicarius guardiani: ſi cuſtodis vel guardiani pñtia infra triduū minime poſſit hri. Hoc aūt tā puilegiū ꝗ̃ ſtatutū nō intelligitꝰ de iniectione atroci: vel ſubditi in platū. ¶ Nullus incarcereꝶ niſi p manifeſto ꝛ enormi exceſſu. Enormē aūt dicim⁹ exceſſū vel rōne gñis pcti: vt eſt lapſus carnis: in obia cōtumax: ꝛ pfidia hereſis: vel rōne circūſtātie: ſicut ē furtū rei notabilis: vel notorie factū: ſeu qꝛ frequēter iteratū. Et de ſilibus idē iudiciū habeaꝶ. ¶ Declaram⁹ ꝙ oēs q pena carceris puniunꝶ: eo ipſo legitimis actib⁹ ſint puati. Uñ ꝗ̃uis libereꝶ a carcere: nō ꝓpter hoc reſtituūꝶ ad act⁹ pdictos: niſi hoc eis bñficiū explicite impēdaꝶ. ¶ Ois etiā carceri mācipād⁹ hitu ordinis expolieꝶ. ¶ Si fr fecerit aligd ꝓpter gd penā carceris debeat ſuſtinere: guardian⁹ vel cuſtos vel eorū vicarij: de cōſilio diſcretorum: poſſint eū detinere: ſiue ſit eorū ſubditus ſiue non: donec p miniſtruz ꝓuincialē qd ſit agendū de tali fuerit diffinitū. Hoc aūt intelligim⁹ debere fieri: qñ cōmiſſus exceſſus ē rei euidētia māifeſtus. Habeanꝶ aūt boni carceres ꝛ fortes: ſꝫ humani. ¶ Quicūqꝫ frater p ſe vel p aliū ſigillum vel lras platorꝝ generalis miniſtri vel cōmiſſarij: vel prouincialium miniſtrorum vel aliarū notabilium pſonarū falſificare pſumpſerit: ſi legitime fuerit ꝯprehēſus: carceri mācipeꝶ. Quod ſi falſificauerit ſigillū vel lras ge. mi. ſeu ei⁹ cōmiſſarij: nō libereꝶ a carcere ſine ſpāli ge. mi. vel cōmiſſarij mādato. Quicunqꝫ fr lras eorundē malicioſe p ſe vel p aliū deſtruxerit: aut ipedierit ne mittanꝶ eiſdē ſed retinuerit eas: vel apceruerit: ſuſpēdaꝶ ab oi actu legitio. Et cui hoc pena nō cōpetit: pbationis cōputio vel alias debite puniaꝶ. Et hoc intelligimus tā de lris quas ipi alijs mittūt: ꝗ̃ de illꝰ q ſibi ab alijs tranſmittūꝶ. Nec releuenꝶ niſi p ſuū miniſtrū ꝓuincialē. Si aūt fuerit gñalis miniſter: vel cōmiſſari⁹: p ipm tñmō gñalē miniſtrū: vel cōmiſſariū releueꝶ. Predicte aūt pene ſubiaceāt: q ſupiorū lras ſibiipſis miſſas legere: vel apire diſtulerint malicioſe.

Pena falſificantiū lras platorū: vl' et ipedictiū ne mittanꝶ: vel nō legētiū ſibi miſſas.

¶ Nullus fr p ſe vel p interpoſitā pſonā ꝗ̃cūqꝫ ſuadeat vel ſuaderi faciat alicui plato. regi: vel pricipi. cōitati. caſtro vel ville ſeu alicui pſone extra ordinē nrm exiſtenti: vt aliqd imuteꝶ de ſtatu ordis nri ſeu nre obſuātie regularis: vel de ordinatione alicui⁹ ꝓuincie ſeu cuſtodie: vl' de quocūqꝫ fratre ſeu fribus de loco aliquo amouēdis vel nō amouēdis. Et quicūqꝫ cōtrafecerit: penis grauiſſimis: ēt vſqꝫ ad carceres ſm delicti exigentiā puniaꝶ.

De ꝓcurantibus ꝯ immutationē ſtatut⁹ noſtri.

Et mō cōſili puniaꝶ frat ille cuiuſcūqꝫ ꝯditiōis exiſtat: q ꝑ ſe vel ꝑ alio quouis mō ꝓmotionē ꝓcurauerit p pſonā aliquā extra nrm ordinē exiſtētē: vel ꝙ in aliquo loco ponaꝶ: vel remoueaꝶ: vel ꝙ remoueri nō poſſit. ¶ Inhibemus inſup: ne qs caſū depoſitionis ꝓuincialis: cuſtodis vel guardiani: vel eorū exceſſū: ſeu correctionē: aut capli cuiuſcūqꝫ ſecretū: ſeu diſſēſionē diffinitorum vel fratrū: vel ſi quid aliud vñ ordo nr poſſit turbari ſeu diffama

De publicātib⁹ extra ordinē aliquid vñ diffamari poſſit.

ri sciēter audeat extra nostrū ordinē publicare. Et si quis taliū fuerit defē-
sus: omni actu legitimo ⁊ officijs ordinis priuet: aut alia pena equalēti p mi-
nistrū puniat. ¶ Item frēs nō teneant ad officia ordinis: nisi per prouincia-
lem ministrum de consensu ꝓuincialis capli vel maioris partis eiusdem.
¶ Fratres euidēter notati de suspectis cōsortijs vel collogijs mulierū q̄ in re-
gula ꝓhibent: si admoniti ⁊ correcti sufficiēter: se non correxerint: si in offi-
cijs fuerint: ab omnib⁹ absoluant vel suspēdant per ministrū. ¶ Si vero in
officijs nō fuerint: priuent libris ⁊ omni actu legitimo. Et cui hoc pena nō
cōpetit: probationis caputio: vel alijs pēnis grauib⁹ puniatur ad arbitrium
ministroꝝ. Et intelligunt suspecta cōsortia: nō solū de mulierib⁹: sed etiam
d̄ suspectis familiaritatib⁹ quibuscūqꝫ. ¶ Quicūqꝫ frat consuetus fuerit a
suo fr̄e socio cū mulieribus seq̄strari: de q̄bus iudicio ꝑlati sui merito pos-
sit oriri suspicio: si canonice admonit⁹ ⁊ correctus se nō emēdauerit: tanq̄
suspect⁹ de mulierib⁹ oibus officijs ordinis: ⁊ oī actu legitimo priuet. Et si
taliter punit⁹ iterato duobus fide dignis testib⁹ conuincat de seq̄stratione p
dicta: vel si seq̄strationes hmōi suspictionē multū violentā fecerit sui ꝑlati
iudicio de cōsilio discretoꝝ: ⁊ ꝓbent legitime: absqꝫ monitione ⁊ punitione
ꝑmissa arceat ad veritatē dicēdā. Si vero vn⁹ testis fide dign⁹ de seq̄stratio-
ne ꝑdicta appeat cōtra eum: ⁊ ali⁹ de lapsu carnis: arceat grauī⁹ in domo dis
ciplīne. ¶ Quicūqꝫ frater inuent⁹ fuerit proprietarius: libris ⁊ omni actu legi
timo priuet. Laici vero q̄ libros ⁊ officia nō habēt probatiōis caputio: vel ali
as debite puniant. Et si q̄s talis in morte inuent⁹ fuerit: careat ecclesiastica se
pultura. ¶ Fratres incorregibiles cū suis excessibus cōscriptis examinatis si
delit p ministrū vel custodē seu visitatorē ad prouīciale capitulū trāsmittāt.
Q̄ð si a deo incorregibiles fuerit: q̄ nec culpā humiliter recognoscere: nec pe
nitētiā ꝯdignā subire voluerint: carceri mācipent. Si vero pniāz accipiaut:
⁊ correctionē promittāt: cū mīa eis pniāz imponat. Quā si portare contēpse
rint: ad ꝯsueta vita reuertentes: in sequēti capitulo carceri mācipent. ¶ De-
beāt aūt frēs exeuntes in reditu suo secrete guardiano suo excessus sui socij
notabiles intimare. Q̄ð si nō fecerint: q̄ superiorē cui de hoc ꝯstiterit in ieiu-
nio panis ⁊ aque: vel alias grauiter puniāt. Et si vnus frater excessum alte-
ri⁹ sciuerit p duas vias: vt pote p ꝯfessionē ⁊ p aliū modū: nihilominus suo
guardiano dicere teneat: vt predictū est. ¶ Quicūqꝫ frater deposuerit coraz
quocūqꝫ ꝑlato vel visitatore false ⁊ sciēter de aliquo crimine ꝯtra fratrē: vel
ad hoc faciendū aliā ꝑsonā induxerit: vel reuocauerit falso vel ad reuocan-
dū induxerit q̄ð vere deposuit: a solo mi̅stro prouīciali vel eius cōmissario
possit absolui. Ita dūtaxat: q̄ ꝑꝰus satisfaciat prout sibi possibile fuerit i for-
ma fm̄ quā deposuit vel reuocauit .s. publice vel occulte. Et si de ꝑdicto cri
mine cōuictus fuerit: pena carceris puniat. ¶ Districte inhibemus: ne ꝑso-
ne accusantes accusatis: vel alijs nesciētibus aliq̄no mō sciēter reuelēt. Q̄ð
de omnib⁹ ⁊ maxime de noībus accusantiū ministrū prohibem⁹: nisi d̄ cri-
mine accusati in excusatione sua petierint a suo superiori sibi accusantiū ⁊ te-
stiū nomina reuelari. ¶ Inhibemus etiā accusatis: ne sciēter de nominibus
accusantiū se ingrant: nisi cum q̄s de crimine accusatur ⁊ petit accusantium

De hn̄tibus suspecta consortia.

De seq̄strantibus a socio cū mulierib⁹.

De proprietarijs.

De incorrigibilibus.

Q̄ð exeūtes manifesten. i reditu excessus socioꝝ.

De deponētib⁹ falso cōtra alio.

De reuelātibus vel inq̄rētibus noīa accusantiuz.

sibi noīa reuelari. Et quicūqz cōtrariū fecerit: reuelādo. s. vel inquirēdo: nō possit nisi p ministrū puīncialē absolui: vel p illū cui ipse dixerit cōmittendum. Supiores vero. s. ministri custodes vel guardiani si ingrēdo vel reuelando ɔtrafecerint: necnō ⁊ subditi accusatores eoꝝ reuelātes eisdē: infra sex mēses quīdecī dieb⁹ in pane tm̄ ⁊ aqua p totā diem sine dispēsatione ieiunare debeāt: ⁊ ad hoc p supiorē cogant. ¶ Ordinam⁹ q̄ nullus minister a penitētia quā imposuit visitatorꝝ nullus custos a penitētia quā imposuit minister: nec guardian⁹ a penitētia quā iposuit custos: nec aliqs inferior a penitētia guardiani absoluat aliquē: nec mutet sine licentia imponētis. Et si cōtrariū factū fuerit: ipsa absolutio sit inanis. ¶ Declaramus etiā q̄ vbicūqz i cōstitutionibus cōtinet aliqua cēsura suspēsionis vel hmōi vbi nō sit lata sententia sed tm̄ cōminatio de futuro: nec ibi exprimit a quo imponi debeat vl infligi: intelligit ab eo infligi debere: corā quo legitime pbatur excessus: dū tn̄ hmōi excessus correctio ptineat ad eundē. ¶ In priuatione vero officioꝝ ordinis: intelligit priuatio non solū plationis: sed ɔfessionis. pdicationis. lectionis. diffinitionis visitationis: ⁊ electionis ad caplm p discreto. ¶ In priuatione vo actuū legitimoꝝ: nollum⁹ q̄ intelligat priuari executio ordinis vel testificatio in iudicio: nisi specialit exprimant. ¶ Et ne labor capituli generalis sit inanis: ⁊ in contēptū veniat ordinis disciplinę ministri. custodes ⁊ guardiani cōstitutiones p̄sentes faciāt diligēter obseruari. Quas quilibz guardian⁹ in loco suo studeāt diligēter hr̄e: ⁊ in sua custodia reseruare: cauendo ne extraneis publicent. Ipsas etiā ter in āno ad min⁹ faciāt fratrib⁹ suis legi. Si quos vero inuenerit discholos: cogāt eos ad plenā obseruātiā: ⁊ penarū: q̄ in ipsis ɔstitutionibus sunt taxate. Et si eorū ɔtumacia exegerit: et grauiores iponāt. ¶ Cōcedit quoqz gn̄ali ⁊ puincialibus ministris in casu tamē in spāli atqz ex causa rōnabili: cōmutare penas hmōi: atqz etiā mitigare. Qd̄ si ex eoꝝ remissione soluat ordis disciplina: accusent in cap. gn̄ali. ¶ Caueāt aūt ministri puinciales a multiplicatiōe statutoꝝ puinciarum ⁊ quorūlibz p̄ceptoꝝ pp̄ter obliuionis ⁊ trāsgressionis periculū euitandum.

Qd̄ inferiores si absoluāt a penitētia supiorū. Ab eo infligit cēsura corā quo pbat excessus. Quid p p̄uatione officiorū ⁊ actuū legitimorū intelligat. De obseruātia istarū cōstitutionū et multiplicatione aliarū.

Bonifa. papa. 8. ¶ Ut apostatas ⁊ insolētes vr̄i ordinis nisi vīi salubrib⁹ mōitis acqescāt. excōicare. cape. ligare: ⁊ carceri tradere: si videbit expedire possitis: auctoritate p̄sentiū vobis cōcedim⁹ facultatē.

Facultas absoluēdi apostatas.

Capi. gen̄. ¶ Uolētes apostatis viā precludere: nos gn̄alis ⁊ puincialis ministri ⁊ diffinitores gn̄alis ɔgregationis seu capli: excōicam⁹ in his scriptis oēm frēm ab ordine nr̄o apostatātē: ⁊ ex decreto p̄sentis statui anathematis vinculo inodam⁹. ¶ Intelligim⁹ aūt apostatātē: oēm frēm q sine licētia vel ɔtra obiam suoꝝ supiorū p terras. loca: seu p̄rias cū hitu vel sine hitu: cū socio vel sine socio iuerit: vel vagabund⁹ fuerit: ac gn̄aliter absqz eiusdē ordinis licētia quomodolibz discendentē. ¶ Ordinamus etiā: q̄ ois apostatas ab ordine nr̄o: carceri mācipet. Postq̄ vero frater aliqs de aliquo cōuentu vel loco apostatauerit: ⁊ guardiano cōstiterit: ipsum ad alioꝝ terrorē ⁊ p̄seruationē: denūciet seu denunciari faciat publice corā fratrib⁹ in caplo excōmunicatū: qualibz. s. feria. vj. p̄mi mēsis sue apostasie. Et dū huiusmodi apostate reuertunt: in publico corā fratrib⁹ cum

De apostantibus.

ps. Miſerere mei deus. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus me⁹. Domine exaudi orationẽ meã. Dominus vobiſcum. ⁊ oratione. Deus cui ꝓprium: acetiam cum virgis: ſeu flagellis ab excõmunicatione abſoluantur. ¶ Quilibet miniſter ꝓuincialis habeat ordinariam iuriſdictionẽ auctoritate miniſtri generalis excõmunicandi. capiendi ⁊ incarcerandi: ac pena alia puniendi ſuper omnes apoſtatas: etiã aliarum ꝓuinciarum in prouincijs ſuis. Et idem poſſint cuſtodes ⁊ guardiani: ⁊ in caſu neceſſitatis: frẽs alij auctoritatem habeant apoſtatas noſtri ordinis capiendi. ¶ Caueant autem miniſtri ⁊ cuſtodes: ꝙ non ꝑmittant apoſtatas ſiue ſue ſeu alterius prouincie in ſcandalũ ordinis euagari.

¶ De electionibus ⁊ inſtitutionibus officiariorũ. Capitulo. 7.

Electio guardiani: ⁊ cuſtodis.

Statuim⁹: ꝙ deinceps guardiani in ſingulis locis eligãt ꝑ cõuentus eorundẽ locoꝝ: die ac celebrandã electionẽ hmõi ꝑ eorundẽ ↄuentuũ ꝓſidẽtes aſſignãda. In quorũ electione nullus vocẽ hẽat: niſi q ſaltẽ vigeſimũquintũ ſue etatis annũ attigerit: ⁊ in ſacris fuerit ordinib⁹ cõſtitutus. Ubi aũt cuſtodes habent: ſeruet in eorũ electione ↄſuetudo hacten⁹ obſuata. Dictorũ vero electionis cuſtodum ⁊ guardianorũ cõfirmatio pertinet ad generalẽ vel ꝓuincialẽ miniſtrũ. Et ſi ad electionem hmõi facienda ꝑ viam ſcrutinij ꝓcedat: ⁊ votis in diuerſa diuiſis electiones plures in diſcordia celebrari cõtingat: illaque a maiori parte numero omniũ in dicta electione vocem habentium: nulla zeli vel meriti collatione habita fuerit celebrata: exceptione ſeu contradictione quacũqz partis alterius non obſtante per dictum miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine (prius tamen ex officio prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione premiſſa) cõfirmetur vel infirmetur: prout ei ſecundũ deuz videbit expedire. Et ſi fuerit infirmata: ad dictos electores electio reuertatur: niſi ſcienter elegerint indignũ quo caſu ad dictum miniſtrum illa vice ipſo facto prouiſio huiuſmodi deuoluatur. Et eadem fiat deuolutio ſi dicti electores die ad eligendum guardianum vel cuſtodem aſſignata eligere pretermittãt. In electionibus quoqz predictis ⁊ cõfirmationibus eorundem: declaramus electores ſeu confirmatores formis aut ſolẽnitatibus quibuſcũqz a iure ſtatutis non arctari. ¶ Item loca noſtra auctoritate apoſtolica fundata in quibus duodecim fratres ad minus cõmode viuere poſſunt: appellentur conuentus: ⁊ habeant Guardianos. Alia vero loca que non ſic ſunt accepta: ſuperiores habeant: qui duntaxat vicarij appellentur. ¶ Ordinamus ꝙ capitulum culparum (ſicut conſuetũ eſt) ⁊ in ebdomada ad minus celebretur: in quo quotidiane culpe ⁊ negligẽtie plene ⁊ ſigillatim rocognoſcantur: ⁊ recognite debite puniantur. ¶ Ceterum ordinamus vt ſingulis annis in ſingulis prouincijs prouincialis congregatio ſeu capitulum celebretur: niſi quo ad aliquas prouincias miniſtro prouinciali cum ſuo capitulo videretur potius differendum. In quo capitulo locus ⁊ dies ſequentis capituli aſſignetur: ita quod redeuntes de capitulo generali proximo precedenti valeant intereſſe. Ad illud autez caiptulo conueniant cuſtodes ⁊ diſcreti: ſecũdũ ꝙ in capitulo prouinciali fuerit ordinatum: ꝓuiſo ꝙ multitudo venientiũ euitetur. In hoc autem capl'o ⁊ alijs

De capitulo culparũ.

De capitulo ꝓuinciali.

electionibus: vocē p se nō habeāt frēs in monasterijs monialiū cōmorātes. Admittant tñ ad electionē discreti ad capm trāsmittēdi in locis iuxta que morant: sicut frēs ceteri de ꝯuētu. ¶ Nullus frater p̄sens vel absens possit i elcōne aliqua facta p scrutiniū vocē suā cōmittere alteri: nisi iuxta formā q̄ in p̄uilegio dñi Nicolai de custodibus ꝯtinet. ¶ Ad p̄fixā aūt diem elcōnis discreti: oēs frēs ꝯuentus eiusdē ꝯuenire bona fide habeant. Et guardiani oibus denūciēt qbus poterūt bona fide.

Quot voces hēant electores discretorū: q hēant vocē in elcōne.

¶ Ut aliquoꝝ ambitio euitetur: ꝛ insolētia nō crescat: ordinamus vt nullus frat eodē anno in elcōne discreti ad prouinciale seu custodiale capm vocē habeat nisi vnā. Et si secus factū fuerit: scda vox nulla sit: ꝛ inter voces eligētiū minime cōputetur. ¶ Ordinamus insup: ꝙ frēs iuuenes non habeāt voces in elcōne discreti: neqꝫ in approbatione mittendoꝝ ad ipm capm: p̄usqꝫ etatis sue. xx. ānū cōplcuerint: ꝺm custodes vel guardiani iudiciū: de ꝯsilio discretoꝝ: nisi de ipsa etate aliud testimoniū certius habeatur. ¶ Hāc aūt elcōnē discreti ad capm prouinciale mittēdi: frēs faciāt p̄ma die: alioqn minister vel custos eis prouideat de discreto. Quē si ꝯtingat mori: vl' legitime impediri: alterius prouisio ad ministrū ptineat vl' custodē.

De inq̄sitione p̄latoꝝ excessuum.

¶ Guardianus aūt teneat capm qñ de excessib⁹ ministri vl' custodis ꝛ eoꝝ insufficiētia: ꝛ de alijs trāsmittēdis ad capm prouinciale pergritur. ¶ Cū v̄o de excessibus guardiani inqritur: aliqs eoꝝ institutus a guardiano: de ꝯsilio aliquoꝝ discretoꝝ: teneat capm. Predicti v̄o de excessibus p̄latoꝝ ꝛ insufficiētia eoꝝ diligēter perqrant: ꝛ alij frēs inqrenti *bona fide veritatem* de omnibus debeāt rūdere. In p̄dictis aūt inq̄sitionibus: tam reuelantes accusantium nomina: ꝙ inqrentes: ad penam q̄ supius ponitur. vj. capo astringantur. Custodes autem huiōi scrutinio non intersint. Illud autem scrutinium vltra vnius diei naturalis spacium nolumus prolongari. ¶ Excessus autem guardiani qñ mittuntur ad cap. prouinciale: recitentur ei in publico corā suo ꝯuētu: p̄sertim si ad dictū ca. non fuerit profecturus. Et si aliqd graue accidisset in prouincia: vel ꝯtigisset i via: *talr ꝙ ad capm missu i non eēt*: debeant frēs qbus notum est: coram diffinitoribus accusare.

Prosecutio capli.

Elcō diffinitorum.

¶ Isti in loco capli congregati: ipsa die qescant: ꝛ deliberent inter se vsqꝫ in mane diei seqntis. Et tūc audita missa: ingrediantur capm: ꝛ inuocata sancti spūs grā: fiat sermo frībus in cōi. ¶ Deinde ex seipsis tm̄ quartū diffinitores eligant p disq̄sitionē triū: quos minister ꝛ guardianus loci duxerint eligēdos. Si aūt in elcōnib⁹ diffinitoꝝ plures ꝙ quattuor maiorem partem vocum mediate omnium hēc contigerit: illi q plures voces hūt: pro diffinitoribus habeantur. Si vero q pauciores habēt voces: fuerint inequali numero: iteretur scrutiniū quo ad illos: quo ad vsqꝫ p pluralitatem vocū electio vnius alteri p̄feratur. In huius aūt capli prouincialis p̄ncipio: custodes ꝛ guardiani p se si p̄sentes fuerint: vel per līas si absentes: suis officijs renūciare debeant. Quoꝝ renunciatio ad ministro vel ab eo q tenet capm loco eius cū diffinitoribus in fine capli si videbit admittatur. Si v̄o minister prouincialis interesse non poterit: ꝛ ei⁹ cōmissari⁹ defuerit: custos in cui⁹ custodia capl'm celebratur: vel guardian⁹ (vbi custodes non habentur) in cuius conuentu capm celebratur: teneat capm loco eius.

De auctē diffinitoꝝ: et expediendis in capitulo.

¶ Predicti ꝓo diffinitores possint corrigere ministrum ꝓuincialem: diffinire et expedire cum ipso oīa q̄ ad ꝓuinciale ca. ptinebunt: q̄ sunt hec. ¶ Collatio super transmissis ad capl'm correctio eoꝝ q̄ in ꝓuinciali ca. corrigēda notificātur. ordinatio eoꝝ q̄ ad necessitatem moꝝ: vel honestatem prouincie videbitur pertinere: cum diuerse ꝓuincie diuersis cōsuetudinibus varientur. Nullas tm̄ constitutiones vel ordinationes ibidē faciāt: absq3 maioris partis capli consilio et assensu. ¶ Subditi autem q fuerint diffinitores in ꝓuinciali caplo ꝑcedenti: non sint diffinitores in caplo ꝓuinciali proximo sequenti. Et dicimus hic subditos: oēs sub ministris ꝓuincialibus constitutos. Predicti aūt electores: q̄ntum sex seipsis eligant: q in hoc tm̄ possit articulo: vcz si quattuor diffinitores in correctiōe ministri ꝓuincialis in partes equales se diuiserint: eoꝝq3 sententia ꝑualeat: quā ipse duxerit approbādā. Idem tm̄ q̄ntus q sic eligit̄ in caplo ꝓuinciali: non tenet̄ ꝓ diffinitore: vnde potest sequenti anno eligi diffinitor. ¶ Electis igit̄ diffinitoribus: lr̄e que super facto ꝓuincialis ministri a fr̄ibus locoꝝ sunt trāsmisse: eisdem diffinitoribꝰ ꝑsentent̄. Ante quaꝝ ꝑsentationem ministri ꝓuinciales suo semꝑ officio renuncient. Que renūciatio (si videbitur) acceptet̄. Tamē de triennio in triennium: de alijs fiat noua electio.

De electione ministroꝝ ꝓuincialium.

¶ Circa ꝓo electiōem ministroꝝ ꝓuincialium: siliter ꝓcedat̄ sicut in electione gn̄alis ministri vel commissarij gn̄alis: excepto ꝙ electores nō opʒ includi: nec in fine cantare Te deum laudamus. ¶ Ordinamus quoq3: ꝙ ipsi ministri ꝓuinciales cōuocata ꝓuinciali congregatione a subditis: idest a fr̄ibus de corpe ꝓuincialis capli eligātur. Electi aūt ministri ꝓuinciales a fr̄ibus de corpe capli: debeāt cōfirmari auctoritate gn̄alis capli a ꝑdecessoribus suis ꝓuincialibus ministris: vel ab eis q tenēt caplm: vna cū diffinitoribus capli ꝓuincialis. Et hoc in ꝑ̄ncipio vel in fine capli: scd̄m morem prouinciaꝝ. ¶ Si aūt ꝑ mortem ministri prouincialis: vel alia de causa alius minister in prouincia sit eligendus in ꝯgregatiōe prouinciali in qua nō eligūtur diffinitores: tūc ꝓ nutrita electione canonice facta: cōfirmet̄ per ꝑ̄sidentē dicte congregationis. Et si ipse ꝑ̄sidens electus fuerit: pnūciata electiōe est canonice facta: auctoritate gn̄alis ministri: et gn̄alis capli censeat̄ confirmatus. ¶ Debeāt aūt fr̄es in prouinciali caplo immediate ꝑcedente cap. geñ. visitare ministrū gn̄alem et cōmissariū gn̄alem de notabilibus excessibus certis et in terminis explicatis: et tales excessus ꝑ discretuz discretoꝝ eūtem ad ge. ca. transmittant̄ sub sigillis vicarij et guardiani loci in quo caplm prouinciale celebrabit̄. ¶ Item debeāt capla prouincialia significare ca. ge. de excessibus et insufficientia ministri prouincialis: et de receptione inutiliū per eūdem et de statu et cōi pace prouincie sub eodem. ¶ Diffinimus: ꝙ custodes et guardiani habeant̄ pro ꝑlatis: qm̄ ex ꝑuilegio dn̄i Clementis pape qd̄ dr̄ mare magnū eis cura committit̄ animaꝝ. Et guardiani in omnibus obediāt suis custodibus: caueāt tm̄ ne in suis officijs ad inuicē ꝯturbent.

De cōmissario ministri ꝓuicialis.

¶ Ministri prouincialis qn̄ vadit ad caplm gn̄ale vl' alias exit prouinciam: vl' sic infirmat̄ ꝙ non possit caplo ꝓuinciali interesse: dimittat commissariū de consilio discretoꝝ. Qd̄ si vicarius absens absolutus fuerit in capitulo gn̄ali: offiñ exerceat ipse cōmissarius donec sibi ꝯstiterit ꝙ vica-

rius fuerit absolutus. Et idem de custodibus ⁊ guardianis quousq; de alio rum ꝯfirmatione legitime eis ꝯstiterit. ¶ Item fr̄es nō transferant de loco in locū ꝯfertim infra tp̄s prouincialis capl̄i ad morandū: nisi eidē necessi tas vel cōis vtilitas hoc req̄rat. Et breuiter: de loco ad locū nō mittāt fr̄es: nisi ex necessaria causa fuerit faciendū. ¶ Item ꝑpter vitāda picula volum⁹: q̄ nō passim guardiani qn̄ de domo egrediunt vicarios instituant: nisi cer-

De patienti-
b⁹ defectum
natalium.

tos fr̄es discretos ⁊ securos: ⁊ hoc de discretoꝝ suoꝝ ꝯsilio. ¶ Fr̄es patiētes defectū nataliū nō fiāt p̄lati in ordine nr̄o nec vicarij ordinarij: ita q̄ opor- teat eos tenere capl̄m: nec etiā fiant visitatores ordinis nr̄i nec diffinitores aut soroꝝ sancte Clare visitatores: nisi cū eis fuerit dispensatū. Nec ista dispen- satio in p̄dictis sortiat effectū: donec sub sigillo auctentico prouinciali capi-

Cōditiōes p̄
mouendoꝝ
ad aliq̄d or-
dinis offm̄:
⁊ p̄mouētiū

tulo fuerit certitudinaliter declarata. ¶ Nullus frater p̄ficiat in officio frm̄. nisi possit ducere vitam cōem: q̄ tam a p̄latis q̄ a subditis obseruet: maxi- me in vestibus, cibis ⁊ lectis. ¶ Executionē aūt confessionū quarūcūq; ꝑso- naꝝ extra nr̄m ordinem existentiū: aut p̄lationis offm̄ nullus de cetero ha- beat: nisi triginta annos cōpletos habeat in etate. ¶ Item inhibem⁹: vt nul- lus frater in aliqua electione: seu visitatione: vel promotione alicuius ad ali- quod offm̄ ordinis faciat colligationes vel inductiones comminando, pro- mittendo, laudādo, vel mendaciter detrahendo. Et q̄ scienter ꝯtra fecerit: ab omni actu legitimo suspendatur.

¶ De capl̄o gn̄ali: ⁊ ministro gn̄ali. Cap. viij.

Cum gn̄alis minister ꝑ regulā sit a ministris ꝑuincialib⁹ ⁊ custodib⁹ eligendus in capitulo pentecostes: statuim⁹ ⁊ ordinam⁹: q̄ ad hm̄oi capl̄m conueniāt ministri ⁊ custodes prouinciaꝝ. Qui custodes lr̄as testimoniales sub sigillis ministri: ⁊ loci capl̄i ꝑuincialis vbi eligūtur secum portent. Et si custodē sic electū quoquo modo impediri ꝯtigerit: sic q̄ ad ca- pitulū gn̄ale nō possit venire: ꝑ ministrū ⁊ vocales: si adhuc in capitulo fue- rint: vl̄ si post capitulū: cū aliq̄b⁹ discretis frib⁹ alius eligi seu deputari pos-

De custodi-
b⁹ nō cūtib⁹
ad capitulū
gn̄ale.

sit. ¶ Et declarat gn̄ale capitulū ministris ⁊ custodib⁹: q̄ nō legitime excu- sati scd̄m iudiciū gn̄alis ministri: vel gn̄alis cōmissarij: ⁊ vocaliū capl̄i gn̄a- lis: nō ꝯuenientes ad gn̄ale capitulū: ipso facto sint suis officijs ꝑuati: ⁊ voce actiua ⁊ passiua. Et sup hoc fiat diligēs inq̄sitio in cap. gn̄ali. ¶ Cū aūt cōti- gerit ex p̄dictis aliquē: seu aliquos ad capitulū gn̄ale nō venire: nihil eoꝝ q̄ expediēda sunt ꝑ capl̄m omittat. Quinimo decernit gn̄ale capl̄m ⁊ ordinat: q̄ q̄uis minister gn̄alis vel cōmissari⁹ gn̄alis possit de ꝯsilio aliquoꝝ p̄m discretoꝝ mutare locū capl̄i gn̄alis assignatū supueniēte aliqua euidenti ne- cessitate: nō tn̄ possit differre capitulū vltra vigiliā pētecostes: in qua inuio- labiliter fiat electio gn̄alis ministri qn̄ erit faciēda: vel cōmissarij gn̄alis: siue minister gn̄alis vel cōmissarius gn̄alis venerit: siue nō: etiā si plures vocales

De p̄sidente
capl̄i gn̄alis.

defuerint. ¶ Quod si minister gn̄alis nō venerit: commissarius gn̄alis p̄esi- deat in ipso: nisi ipse gn̄alis minister aliū specialē commissariū ad id miserit. Et si vterq; ipsoꝝ defuerit: minister ꝑuincialis in cui⁹ ꝑuincia celebrat capi- tulum: ⁊ in eius absentia ille quem cōgregatio generalis ad hoc elegerit p̄si-

Forma pce-

deat vsq; ad electionē noui ministri gn̄alis. ¶ Congregatis igitur ad locum

capituli p̄dictis ministris ꝛ custodib⁹: feria sexta ante festū pētecostes q̄ escāt ꝛ deliberēt vsq₃ mane diei seq̄ntis. Et tūc cātata missa de sctō spū: ingressi capitulū: cātent hymnū. Ueni creator spūs. ℣. Emitte spm̄. Oro. Deus q̄ corda fideliū. Deinde fiat s̄mo fratrib⁹ in cōi. Deinde lr̄e testimoniales custodum ministro gn̄ali: vel p̄sidēti p̄sentent̄ corā oib⁹ legēde. Et voces oim vocaliū legitime integrent̄: ac vota absentiū: ꝛ eoꝝ q̄ sunt voce p̄uati (vt moris est) suppleātur. ¶ Deinde tractet̄ de statu ꝛ correctione ministri gn̄alis. Ipse ℣o minister gn̄alis coram oibus se accuset: ꝛ egrediatur. Ministri autem ꝛ custodes in conclaui recludātur: nec illis aliqua alimēta ministrētur donec p̄uiderint (vt op₃) de ministro gn̄ali. Processus ℣o inclusoꝝ sit talis. Presidens a vocalib⁹ req̄rat in publico: siq̄d hn̄t dicere de excessib⁹ ꝛ insufficientia gn̄alis ministri. Et singuli teneātur bona fide manifestare siq̄d habuerit visitare p testimoniū lr̄aꝝ autenticarū a prouincijs trāsmissaꝝ. Que lr̄e legantur publice. Quibus summatim collectis in vnu₃: ꝛ cōscriptis: ꝛ in medium recitatis: ac eidem ministro gn̄ali reuocato expositis q̄ exponenda videbatur audiētia ei ꝯcedatur. Quo audito: ꝛ iterū egresso: sup accusatiōib⁹ ꝛ excusationib⁹ eius cōis collatio habeatur: ꝛ p̄sidens singuloꝝ vota publice req̄rat: vtrum eis appareat dictū ministrū debere corrigi tantū: vel penit⁹ amoueri. Cōscriptis itaq₃ votis: ꝛ mox in mediū recitatis: iuxta sentētiam maioris partis oim ad correctionē vel amotionē eius ꝓcedatur hoc modo. Si tantū corrigēdus fuerit: p p̄dictū presidentem vice oim ministrorum ꝛ custodū ibidem continuo cū reuerentia corrigatur. Si ℣o fuerit penitus amouēdus: eidem reuocato seorsum ac secreto prius suadeatur voluntaria cessio. Et si incontinēti nō cesserit: habeatur nihilominus p amoto. Ac eo statim emisso foras: ꝛ ostio firmiter obserato ad electionē alterius ꝓcedat̄: ita q̄ in mane diei seq̄ntis habeat ordo aliū gn̄alem ministrū p̄sentē vel absentez. In fine aūt sui sexenij minister gn̄alis officio suo renūciare teneatur: ꝛ premissa ipsius visitatione: ad electionē alteri⁹ ꝓcedatur. ¶ In electiōe aūt ministri gn̄alis: p̄sidens capl̄i gn̄alis disq̄sitores instituat: de ꝯsilio duoꝝ vel triū discretoꝝ: cū vocaliū assensu. Qui disq̄sitores singuloꝝ vota seorsum aliq̄tulum: corā oibus ꝓquirāt fidelr̄: ꝛ ꝯscribāt. Ita q̄ singli anteq̄ recedāt ab eis audiāt qualiter ꝯscripserint vota sua. Electores ℣o in explicando vota sua his ℣bis vtātur. Ego minister: vel custos talis p̄uincie: noio talē fratrē in gn̄alem ministrū. Quib⁹ p ordinē ꝯscriptis: statim in eodē loco publicentur in mediū q̄ conscripserūt: tacito noie eligentiū. ¶ Et si in p̄mo scrutinio nō fiat electio: iteret̄ modo p̄dicto quousq₃ electio fuerit canonice celebrata. Quot si diuina grā inspirāte: oēs vocales in vnū aliquē ꝯcordauerint: illius electio firma est absq₃ aliqua q̄stione. Si ℣o in partes inequales se diuiserint: ille in quē maior pars oim eligentiū ꝯsenserit: p ro ℣o electo habeatur postq̄ electio fuerit p̄nūciata. Surgat ergo vn⁹ de disq̄sitorib⁹: ꝛ dicat. In noie p̄ris ꝛ filij ꝛ spūssancti amē. Hec est electio reuerēdissimi p̄ris ministri gn̄alis toti⁹ ordinis minoꝝ scti Frācisci canonice celebrata per dicti ordinis p̄res reuerēdos vocales ministros vez ꝛ custodes: iuxta regulā capitulariter ꝯgregatos in p̄senti ꝯuētu. N. ciuitatis seu loci. N. āno dn̄i. N. die ℣o. N.

dēdi in cap. gn̄ali.

De correctione Ministri gn̄alis.

Forma electōnis ministri gn̄alis.

In qua electione reuerēdus pr̄. N. hꝫ tot voces. Et reuerēdus pr̄. N. hꝫ tot. Et ego frat. N. eiusdem ordinis ꝓfessor ac prouincie. N. custos vel Minister: vnus ex disq̄sitoribus: nomine meo ⁊ nomine alioꝝ omniū q̄ in dictā electionem ꝯuenerūt ⁊ ꝯsenserūt: nomino ⁊ eligo in eūdē totius ordinis ministrū ḡnalem ꝑfatū reuerendissimū prēm frm̄. N. in quem maior pars vocum cōsensit: sicq̄ꝫ electum denuntio: in nomine pr̄is ⁊ filij ⁊ sp̄ussancti. Quo facto auctoritate aplica: ac ex vi talis electiōis: ⁊ p̄sentis constitutiōis p ꝯfirmato habeat̄. Et statim cātor incipiat. Te deū laudamus. ¶ Et in omi ꝓnunciatiōe electiōis: forma ꝑdicta: vel alia canonica obseruet̄.

De cōmissario ḡnali.

¶ Siliter ꝓcedat̄ in visitatiōe: ⁊ electiōe commissarij ḡnalis: sicut de ḡnali ministro dictum est. Hoc excepto: q̄ officiū ḡnalis cōmissarij nō ꝓtendit̄ vltra trieniūꝫ.

De occupatiōe frm̄ nō vocalium.

¶ Porro fr̄es q̄ venerint ad capm̄ ḡnale: ⁊ nō occupātur in diffinitiōe negocioꝝ capl̄i: quolibꝫ die (excepta vigilia: ⁊ triduo pentecostes) solēniter celebrent vnā missam ad honorem v̄ginis gl̄iose. Q̄d ēt volumus in capl̄is ꝓuincialibus obseruari: vbi fieri poterit bono modo.

De renūciationibus ministrorum.

¶ In hoc aūt cap. ministri ꝓuinciales semp̄ ꝑ se si p̄sentes fuerint: vel ꝑ suas l̄ras si absentes: suis officijs renūciare debent. Quoꝝ renūciatio a ministro ḡnali: vel a p̄sidenti capl̄i: cū assensu ḡnalis capl̄i (si videbit̄) admittat̄.

De diffinitoribus.

¶ Ordinamus insup̄ q̄ in nr̄i ḡnalis capl̄i diffinitores sint oēs ministri ꝓuinciales: ⁊ custodes ꝑsonalit̄ p̄sentes: ⁊ cōmissarij a ministris ꝓuincialibus missi cū ꝯsilio discretorum. Suppleti vero nō sint diffinitores: nisi alias fuissent diffinitores capl̄i ḡnalis. In oībus aūt memorati capl̄i diffinitiōibus: sententia plurīū indissilicter ꝑualeat: ⁊ inuiolabiliter obseruet̄. ¶ Deinde fiat collatio sup̄ ijs q̄ ad capm̄ de ꝓuincijs sunt trāsmissa: ⁊ ordine suo visitent̄ in diffinitorio. Et prouideat̄ ꝑ ḡnalem ministrū vel p̄sidentem capl̄i ⁊ diffinitores de singlis: vt opꝫ. Uiꝫ: de correctiōe corrigendoꝝ: ⁊ ordinatiōe ordinandoꝝ. Perq̄rat̄ etiā diligenter qualiter regula ⁊ statuta in singlis prouincijs fuerit̄. ¶ Nullus alterius religiōis aut ꝓfessionis: nullusq̄ꝫ secularis (cuiuscūq̄ꝫ status aut conditionis existat) tractatib⁹ capl̄i admittat̄.

¶ De expeditione capl̄i.

¶ Et in fine assignet̄ locus capl̄i ḡnal̄ sequtis. ¶ Recitet̄ etiā nūer⁹ defunctoꝝ frm̄ ⁊ soroꝝ a tp̄e ḡnalis capl̄i proxime p̄cedētis. Pro q̄bus dicat̄. ps. De profundis. In fine. Requiē eternā ⁊c. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos ⁊c. ℣. A porta inferi ⁊c. Requiescāt in pa. Dñe exau. Dñs vobiscū. Oro. Absolue q̄s ⁊c. ¶ Numerus aūt defunctoꝝ ibi recitatus: ad singulas prouicias: vna cū tabula capl̄i ḡnalis: sub sigillo ḡnalis ministri: vl̄ ḡnalis cōmissarij deportet̄. ¶ Tandē fiat ꝯfessio ⁊ absolutio in cōi. Perseuerantibus bn̄dio detur: ⁊ apostate anathematizent̄. Deinde cantet̄. Te deū laudamus. ℣. Confirma hoc deus ⁊c. Oro. Actiones nr̄as ⁊c. Et in fine. Per xp̄m ⁊c. ¶ Silis solēnitas in fine capl̄i ꝓuincialibus obs̄uetur.

De visitatoribus ꝓuinciarum.

¶ Quoad visitatores: seu prouinciaꝝ visitatiōes: id tm̄ ⁊ eo modo fiat de cetero ꝓut ḡnalis ꝯgregatio duxerit disponendū. Ipsi aūt visitatores q̄ mittunt̄ ad ꝓuincias: nō p̄nt statuta aliqua condere extra capl̄m prouinciale. Nec aliqd̄ imutare in prouincia: totā prouinciam cōcernēs: absq̄ꝫ prouincialis ministri: ⁊ p̄rm consilio ⁊ assensu. Nec p̄nt eligi in ministros ibidem. ¶ Et tam ipsi visitatores q̄ꝫ alij p̄lati in promotionib⁹ ad officia ordinis: atq̄ꝫ in correctiōib⁹

crimiñu: ꝛ in alijs grauib⁹ negocijs: ꝯsiliū semꝑ regrant ꝛ fuent pꝛm discretoꝝ: vel maioris partis eoꝝundē. Nec in ꝯsilijs aliqs ꝑsidēs suā ꝑ se vel per aliū apiat volūtatē. Et caueāt oēs a ꝟbis supfluis ꝛ ꝓuocatorijs in cōsilijs tribuēdis. ¶ Ceteꝝ ordinatur: ꝙ supueniēte morte ministri gñalis: si moriatur i partib⁹ familie nr̃e de qb⁹ assumpt⁹ ē: minister in cui⁹ ꝓuincia moriť: teneať ꝯuocare sex ꝓuiciales ministros ꝓpinqoꝝ sue ꝓuincie ꝓuinciaꝝ ꝙ ꝑmū fieri pt: ad locū cōmodiorē ꝓ elcōne vicarij ordinis. In qua elcōne: minister ꝓuincie ꝑsideat. Et tā ipse ꝙ alij sex habeāt vocē actiuā ꝛ passiuā. Et ille in quē maior pars illoꝝ ꝯsenȓit: sit vicari⁹ toti⁹ ordinis. ¶ Si autem moriť in partib⁹ vltra mōtanis: tūc cōmissari⁹ gñalis ab eo īstitut⁹ ꝭ3 bullā vniōis (quē semꝑ deb3 īstituere de ꝯsilio pꝛm si mōtes trāsierit) sic vicarius ordinis. Si aūt ꝓuicia in qua gñalis minister moriť eēt ministro ꝓuinciali orbata: cōmissari⁹ illi⁹ ꝓuincie in ꝑdictis suppleat vocē ministri ꝓuincialis eiusdē. Qđ si minister gñalis moriť in familie partib⁹ in terminis duab⁹ ꝓuincijs cōib⁹: minister ꝓuincialis ꝓuicie prioris in ordine ꝓuinciaꝝ teneať (vt supra dictū ē) ꝓuidere. Et si in terminis aliqb⁹ ꝓuicijs in differētib⁹ moriať: hmōi ꝓuisio ad ꝓpinqorē ꝓuinciaꝝ ꝑtinebit. ¶ Predict⁹ aūt in vicariū ordinis electus: teneať capꝫm gñale celebrare in primo festo pētecostes sequēti: in quo fiat electio gñalis ministri: si ē intra sexeniū. Qđ si propter tpis breuitatē in die primo pētecostes celebrari nō pōt capꝫm: teneať ꝙ primū cōmode fieri poterit post diē pētecostes celebrare illđ. ¶ Silis ꝓuisio fiat qñ cōtigerit gñalē cōmissariū mori infra suū trieniū. ¶ Qñ ꝟo ministrū ꝓuicialē mori ꝯtigerit: guardianus ꝯuentus in cuius termino moriť: ꝓuinciā regat vsq3 ad capꝫm prouinciale: qđ teneť ꝙ citius poterit celebrare Si aūt minister in terminis cōibus duob⁹ ꝯuētibus moriať: guardianus ꝑoris ꝯuētus in ordine ꝯuentuū. Si aūt in terminis indifferentibus: propinquoris ꝯuentus guardianus vice prouincialis ministri fungatur vsq3 ad capitulum: vt dictum est.

De vicario toti⁹ ordis: mortuo ministro gñali.

De vicario ꝓuicie mortuo ministro ꝓuinciali.

¶ De suffragijs defunctoꝝ. Cap. ix.

Statuim⁹: vt ꝓ oīb⁹ frīb⁹ ī nr̃o ordine decedētib⁹ qlib3 sacerdos (nisi ꝯtingat cū lāgore vl' itinere ipediri) qualib3 hebdomada de mortuis celebret vnā missā: vel approbatā collectā mortuoꝝ. Ceteri frēs clerici dicāt vnā vigiliā .ix. lcōnū. Laici ꝟo cētū Pr nr̃ cū totidē Aue maria. Et hec si omittať in vna hebdōa: ꝑsit suppleri ī alia. ¶ Ordinam⁹ ēt: ꝙ ꝓ frīb⁹ nr̃is ꝛ familiarib⁹ defunctis: (quoꝝ recōmēdatio facta fuerit ī capꝫo gñali) qlibet sacerdos āñuatim celebret vnā missā ꝺ mortuis: qlib3 clīcus dicat gnquagita ps. ꝛ qlib3 fr̄ laicus cētū Pr nr̄ cū totidē Aue maria. Et ꝓ viuis ꝛ familiaribus: misse. ps. ꝛ Pr nr̄. ꝛ Aue maria totidē ꝑsoluāť. ¶ Ordinam⁹: vt ꝓ cardinali q in ordinis regimine decesserit: a quolib3 sacerdote ordīs tres misse celebrēť: ꝛ a quolib3 clerico vnū psalteriū. ꝛ a quolib3 laico tercēta Pr nr̄. ¶ Et idē fiat pro gñali ministro ꝛ ꝓ ꝯmissario gñali in officio decedēte. Et pro illis q vadunt ad capitulum generale si contingat eos mori in via: vna missa dicatur a quolibet sacerdote. ¶ Officium pro defunctis fratrib⁹ ꝛ benefactoribus ꝛ pro illis qui in nostris cimiterijs sunt sepulti ter in ãno solenniter celebretur: sc3 proxima die ante festum beate Marie magdalene: ꝛ

Pro fribus nr̃e ꝓfessiōis

Pro frib⁹ ꝛ familiarib⁹

Pro cardinali ꝓtectore.

Pro frib⁹: ꝛ q i nr̃is cimiterijs sepeliūtur.

m

prima die ante festū btī Michaelis: ⁊ feria .iij. post dominicā septuagesime.

Pro parentibus frm̄.

¶ Sile offim̄ fiat ꝑ pr̄ibus ⁊ mr̄ibus oim̄ frm̄ vltimo die feriali ante aduentum. Clerici vigilias nouē lcōnū: ⁊ missam cātent. Laici dicāt cētū Pr̄ nr̄.

Pro recommissis ordini i qualibꝫ regione.

¶ Ordinamus: ꝙ in quolibꝫ ꝯuētu assignet̄ hebdomadarius q̄ missam alternatim ꝑ viuis ⁊ mortuis celebret vel recōmendet ꝑ illis q̄ recōmendant̄ ordini in qualibꝫ regione.

Pro hospitibꝰ in itinere frēs recipiētibus.

¶ Itē singlis annis ꝑ hospitibus q̄ in itinere frēs recipiūt: infra octauā btī Frācisci in honore ipsius scti approprieť missa ꝯuētualis vnius diei: ⁊ vna priuata a quolibꝫ sacerdote: ⁊ a quolibꝫ clerico quinquaginta ps̄ ⁊ a quolibꝫ laico centū Pr̄ nr̄.

De fribus vicinis morti.

¶ Itē ordinat̄ ꝙ totus ꝯuentꝰ voceť ⁊ assistat fr̄i in ozcti: eiꝰ exitū suis orōnibꝰ ⁊ suffragijs ꝓtecturus. Et hoc qn̄ bono modo fieri poterit iudicio guardiani. Et si totus ꝯuentꝰ adesse nō possit: maior vel saltē magna pars ipsius voceť ꝑm dispositionē ꝑsidentis.

Pro decedētibꝰ i officio prelationis: ⁊ alias.

¶ Itē ordinamus: ꝙ ꝑ quolibꝫ fr̄e in officio ꝑlationis. guardiani: custodis: vel ministri ꝓuincialis: vel gn̄alis cōmissarij decedēte: a quolibꝫ fr̄e sacerdote cui in morte ꝑerat: dicāť tres misse: ⁊ a quolibꝫ clerico semel vigilie nouē lcōnū: ⁊ a quolibꝫ laico centū Pr̄ nr̄: cū totidē Aue maria. ¶ Pro alijs autē fribus: a quolibꝫ sacerdote cōuentus vbi moriť vna missa dicať: ⁊ vigilie a clericis: ⁊ Pr̄ nr̄ a laicis (vt prius) ꝑsoluanť.

Pro specialibus bn̄factoribus.

¶ Item liber defunctoꝝ frm̄: seu specialiū bn̄factoꝝ (sicut ꝯsuetū est) habeať: ⁊ legatur. In quo libro scribātur noīa ⁊ cognoīa illoꝝ q̄ loca frm̄ in toto vel in parte fundauerūt: aut fribus edificia ꝯstruxerūt: seu ꝯstrui fecerūt: vel eis notabilia donaria fuerunt elargiti. Ipsaqꝫ bn̄ficia eorundē: anno quolibꝫ in caplo̅ reciteń: ⁊ ꝑ eorū aīabꝰ in speciali a fribus oretur. ¶ Item qꝛ in sacris vnionis ⁊ ꝯcordie dn̄i Leōis pape decimi Bullis ꝯtinenť plurima q̄ per sancte regule ⁊ statutoꝝ ꝑdictorum ac sacre vnionis manu tenentia non mediocriter facta dignoscuntur: idcirco dicte bulle post ista statuta quoties ea legi ꝯtigerit: ex integro fribus etiam legantur: ne ignorantia sit fribus occasio delinquendi.

¶ Expliciunt statuta generalia fratrum minorum Cismōtanorum Regularis obseruantie.

¶ Sequitur bulla vnionis Fratrum ordinis Minorum.

Leo ep̄us seruus seruorū dei: Ad perpetuā rei memoriam. Ite vos in vineā meā ait homo ille paterfamilias q plantauerat vineam mundi saluator atq̄ redemptor dn̄s noster Jesus xp̄s. Qui & si curam gerat de oībus: cunctaq̄ dirigat q̄ ipse fecit: attamen inter ceteras plantationes quas per ip̄m pr̄ celestis in solo plantauit militantis eccl'ie: vineam quandam tam ardenti ꝓsecutus est amore: vt suam velut ꝓpriam vbiuis illam appellet. Hanc siquidem vineam sic assiduis & solertibus: ac fidelibus excoluit agricolis: vt alios p̄mo mane. alios hora tertia. sexta. nona. decima vero: & vndecima: quasi incessanter cultores transmiserit. Hec est sacra illa minorum frm̄ religio: que virētibus cerimoniarum folijs: per viros aplicos: tanq̄ per palmites extensos a mari vsq̄ ad mare: & a flumine vsq̄ ad terminos orbis terrarum: vino sapientie & sciētie irrigauit montes & impleuit terram. Hec ē religio terram sancta & immaculata: in qua per speculū sine macula redēptoris ꝯtemplatr̄ presentia: vite xp̄i & apostolor̄ inspicit̄ forma: per quam primorum eccl'ie fundatorum ātē oculos xp̄iane plebis reducit̄ norma: que demum nihil nisi diuinum. angelicū. omni perfectione refertum: Christoq̄ nil nisi conforme: vt non immerito sua dicat̄ rep̄sentat. Ad hanc vineā excolendā primo mane oriente iaz sole: misit ipse paterfamilias angelum illum ascendentē ab ortu solis: habētem signum dei viui: btm̄ Frācisců q comitantib⁹ mire sctitatis viris: p̄mia vitis huius iecere fundamenta. Jis successerūt viri religiosi: q duce bt̄o Bonauentura: muros huius vinee iam vtrinq̄ ruinā minantes: hora tertia trinitatis sancte v̄tute & adiutorio reparauerūt. Post hos veluti hora sexta ꝓdierunt sp̄u feruentes frēs nonnulli: q a sacro Viennen̄ concilio tanq̄ a deo missi & ꝯfortati: eneruā tam pene disciplie censurā: ad sua p̄ncipia reuocauerunt. Hora vero nona moriente dn̄o: surgentibus in dies malis & scandalosis hui⁹ vinee agricolis: suscitauit dn̄s sp̄m adolescētis paucorum vc̄ frm̄: q signifero nois Jesu beato Bernardino ductore & preside: sacri cōcilij Constantien̄. freti p̄sidijs languentem immo pene mortuum per orbē vniuersum: ordinem viuificarunt. Nouissime ṽo diebus istis: quasi hora vltima apparuerūt viri alij: qui zelantes ꝓ domo israel succiderunt lucos: & demoliti sunt delubra: ac vbi abundabat peccatum: adiuuante dn̄o curauerūt per introductam reformationis normam: vt superabundaret & gr̄a. Sz veluti inter parabolicos & euangelicos illos viticolas q̄ nouissimi equabant̄ prioribus: murmur surrexit nō paruum: sic acclamātibus regibus. p̄ncipibus. cōmunitatibus: & pp̄lis: graues lites & iurgia: ac dissensiones: occasione superioritatum & perfectionis graduum inter aliquos huius religionis professores per totum mundum magis ac magis augeri dietim accepim⁹. Quare nos cuius animus ab etate tenera ardenti deuotione efferbuit ad huius

Prohemium pontificale.

ordinis professores: ordinem ipm totum: nunc vero ex communi cura pro-
curationis ⁊ pastoralis regiminis: quā immeriti sustinemus ad componen-
das hmōi agricolarū lites: ⁊ sedādas murmurationes: illi⁹ euāgelici procura
toris more tāto prouocamur ardētius: quāto freqntius intēta mente recoli-
mus fructus vberes: quos ex eorū exemplari vita ⁊ salubri doctrina vniuer-
sali ecclesie ptinue cernimus prouenire. Nec minus continuis pncipū xpia-
norū: psertim charissimorū in xpo filiorū nostrorū Maximiliani in Imperato-
rem electi: ⁊ Francisci xpianissimi Francorū: ac Caroli catholici Hispania-
rum: Henrici octaui Anglie: ⁊ Emanualis Portugalie ⁊ Algarbiorū: ⁊ Lo-
douici Ungarie ⁊ Bohemie: ac Sigismūdi Polonie: necnō Cristierni Da-
cie Regū illustriū: necnon nonnullorū pncipū aliorū ducū: comitū: populorū
⁊ communitatū: pijs prouocamur supplicationibus ⁊ pcibus qbus propa
candis hmōi diuisionibus in ordine diui Frācisci exortis non cessant vsqz
hodie apd nos postulare. Deputatis ig. ẜa nob in secreto nostro consistorio
aliqbus ex venerabilibus fribus nostris sancte Romane ecclie cardinalib⁹:
causas ⁊ seminaria hmōi iurgiorū ⁊ diuisionū diligēter pergrere: ac de reme
dijs oportunis pro sedandis pfatis litibus ptractare cōmisimus: ⁊ iniunxi-
mus. Qui longo mature discussionis examine: diligētissime ac fidelissime
iussa complētes: relatione p ipsos nob facta: necnon pēsatis p nos acutius: q
p ipsos pro hmōi concordia tractata: ⁊ examinata fuerūt: habita etiam sup
hijs in dicto consistorio nostro cū eisdem ac reliqs eiusdem Romane ecclie
cardinalibus matura deliberatione: ⁊ de eorū vnanimi consilio: prefato ordi-
ni modo infrascripto iudicamus prouidendum. ¶ Cu in pmis compertū
habemus prelatorū diuersitatem: quorundam perpetuitatem: ceterorum ve
ro frm vitam non reformatam hmōi litibus ⁊ diuisionibus plurimū cause
prebuisse: ea propter volumus ⁊ ordinamus: prout in dicta regula bti Fran
cisci continetur: vnum ministrum generalem totius ordinis de cetero om-
nibus ⁊ singlis fratribus eiusdem ordinis cum plenaria potestate que ex re-

De auctoritate Gñalis ministri.

gula sibi competit preſici. Cui omnes ⁊ singli predicti frēs in omnibus que
non sunt contra deum: animam suam: ⁊ regulam firmiter teneantur obedi-
re. Qui qdem minister generalis: per sex annos ad plus generalatus funge-

De duratione gñalis ministri.

tur officio. Infra quem terminum: si aliquo tempore appareret vniuersita-
ti ministrorum prouincialium ⁊ custodum predictum ministrum genera-
lem non esse sufficientem ad seruicium ⁊ communem vtilitatem frm: teneā
tur predicti fratres: qbus electio dicti ministri generalis data est: in nomie
dñi alium sibi eligere. Quibusqdem sex annis (vt prefertur) expletis: ipso fa-
cto sit absolutus a generalatus officio: ⁊ pro tali ab omnibus habeatur.

De elcōne generalis ministri.

¶ Electio vero successoris fieri debeat a solis ministris prouincialibus ⁊ cu-
stodibus reformatis: tam Cismontanis q̄ʒ Ultramontanis: in capitulo ge-
nerali dicti ordinis: in festo penthecostes: in loco quem minister gñalis cum
caplo generali proxime precedenti duxerint assignandum. Ad quod capl'm
omnes ministri ⁊ custodes siue vocales: tam cismontani: q̄ʒ vltramontani:
accedere teneantur. Et ne caput suis membris difforme appareat: volumus
⁊ etiam ordinamus: q nullus frater possit eligi in ministrū gñalē: nisi vitaz

ducat reformatam:⁊ ꝓ reformato a cōmunitate reformatorū habeať. In ꝑfata vero electione ministri generalis:nullus penitus vocem habeat nisi reformatus:⁊ ꝓ reformato a cōgregatione reformatorū habeatur: si in futuro qdꝗ̄ in cōtrarium attēptatū fuerit:irritū penitꝰ ⁊ inane habeatur. ⸿Quo vero ad electionē futuri ministri generalis:in ꝓximo festo pentecostes in cōuentu de Araceli de vrbe:iuxta aliā nostram ordinationem: in litteris in forma breuis contētā celebrandā:statuimus omēs ministros ⁊ custodes reformatos:ac vicarios ⁊ discretos fratrū de obseruācia seu familia: dictam electionē debere celebrare. Et vt prefata electio ministri gñralis:que ſm predictam regulā a ministris ꝓuincialibꝰ ⁊ custodibus fieri debꝫ libere secundū intentionē eiusdē regule:⁊ absqꝫ quouis scrupulo celebreť: declaramꝰ oēsqꝫ ꝓuinciales vicarios fratrū de familia:seu obseruantia veros ministros esse: ipsosqꝫ ad effectū electionis huiusmodi:in ministros ordinamꝰ ⁊ instituimus. Discretos etiā ipsorū:similr declaramꝰ esse custodes. Quo vero ad alios fratres reformatos:volumus ꝙ in ꝓuincijs in qbus ministri pro nunc nō sunt reformati:nec ꝓ reformatis habiti:sub qbus sunt aliq conuentus reformati:duo frēs electi a prefatis cōuentibꝰ reformatis:ſcđm aliarū litterarū nostrarū tenorē sub forma breuis:voces ministrorū nō reformatoꝝ: quantū ad prefatas ꝓuincias pro hac vice dūtaxat suppleāt fratribus vero de ꝯgregatione fratris Amadei de Clarenis de scō euāgelio seu capucio : pro singulis ꝓuincijs:in quibꝰ habēt cōuentus:vltra suorū vicariorū voces: duas voces pro hac solū vice concedimꝰ. Quā quidē electionē a ꝑfatis fratribus de huiusmodi generali ministro faciendā:canonicā ſcđm minorū fratrum regulam ac formā a beato Frācisco in regula traditā esse diffinimus: ⁊ etiaꝫ declaramꝰ. ¶Et vt in ordine ipso ꝗ̄tum cū deo fieri pōt pax ꝯserueť: ⁊ charitas peramplius inter cismōtanos ⁊ vltramontanos fratres eiusdem ordinis nutriať:ordinamꝰ:ꝙ si minister generalis.vt prefert:per sex annos ꝺ cismontanis fratribꝰ electus fuerit:sequētibꝰ sex annis de vltramōtanis fratribus elegi debeat. Quē modū alternatis vicibus in ꝑpetuū volumus ab ipsis fratribus obseruari. ¶Uerum qꝛ conspicimus ipsum ordinē per vniuersā christianitatē mirū in modū dilatatū esse:ne ob huiusmodi amplitudinē debito pastoralis regiminis careat beneficio:decernimus:ꝙ si minister generalis de cismōtanis electus fuerit:instituet in partibꝰ vltramōtanis vnū generalē cōmissariū ab eisdem vltramōtanis fratribꝰ eligendū. Cui minister generalis sup prefatos fratres vltramontanos vices suas cōmittat:ꝓut capitulo generali expedire videbiť. Ita tamē ꝙ cōmissarius prefato ministro gñali oīmode subijciatur:vt ceteri dicti ordinis prelati subijciunť:ac illi per omnia secundū regulā obedire teneať. Dum vero minister gñralis fuerit ex vltramontanis fratribꝰ electus:tūc pariter cōmissariū generalē cismontanuꝫ instituere debeat pari modo quo ꝺ vltramōtano cōmissario supius dictū ⁊ statutū est. Qui qdē gñalis cōmissariꝰ ꝑ trienniū solū generalis cōmissionis fungeť officio. Quo triennio elapso:nouus cōmissarius per ministrū gñalē in capitulo gñali:vt supra eligendus:ſcđm qꝺ vltramōtanis vel cismōtanis de cōmissario fuerit ꝓuidendū institui debeat. ¶Minister vero gene-

De prima electiōe ꝑmi generalis ministri obseruantie.

De alternatione gñalatꝰ inter cismōtāos: ⁊ vltramontanos.

De cōmissario gñali instituendo.

De duratiōe gñalis commissarij.

talis in partibus in qbus suis sex annis fuerit: ꝛ ad alias partes se ꝯferre vo
luerit: p eo tpe quo absens fuerit: cōmissariū loco sui: de ꝯsilio ꝛ assensu dif-

De caplis generalibus celebrandis.

finitoꝝ capli gn̄alis hmōi dūtaxat: relinq̄re possit. ¶ Et in partib⁹ qb⁹ dictis
sex ānis nō erit cōmissari⁹ gn̄alis: tenebit̄ mi̅ster gn̄alis pmo trienio dictoꝝ
sex ānoꝝ, celebrare vnū cap. gn̄ale. (ad qd̄ ꝯuenient vocales illaꝝ partiū a qb⁹
assumpt⁹ fuerit.) Et sit aliud caplm̄ in partib⁹ a qb⁹ assumpt⁹ nō fuerit ip̄ se
vel suū cōmissariū (ad qd̄ oēs vocales dictaꝝ partiū accedere teneāt̄) celebra
re hēbit. Aut sup hoc fiat qd̄ gn̄alis mi̅ster cū cap. gn̄ali iudicauerit facien-

De puīcialibus mi̅stris.

dū. ¶ Porro q̄tū ad ministros puīciales in puīcijs in qb⁹ mi̅stri p nūc
nō sunt reformati: seu p fr̄e reformatis nō hn̄t: declaram⁹ ordinam⁹ ꝛ dcer-
nimus vicarios frū de obſuātia seu familia illaꝝ prouinciaꝝ respectiue ex
nūc ꝛ in ppetuū fr̄os ꝛ indubitatos earūdē puīciaꝝ eē mi̅stros: illosq̄ʒ de
cetero noīe ministroꝝ debere appellari. qb⁹ oēs ꝛ singulos frēs necnon do-
mos ꝛ loca eorūdē in dictis puīcijs: vt p̄fert̄: ꝯsistētea plēarie submittim⁹.
Ac gn̄ali ꝛ alijs puīcialib⁹ ministris auctem ꝛ ptātē antea gn̄alis ꝛ alijs p
uincialib⁹ vicarijs de familia nūcupatis attributā ꝛ ꝯcessam: ppetuo ꝯcedi
mus ac ꝯcessam ꝛ attributā eē decernim⁹. Mandam̄. p̄fatis frib⁹: et regulaꝫ
bti Frācisci pure ꝛ simplr̄ obſuātib⁹: vt dictis ministris sic p nos dclaratis
ꝛ ordinatis: vt veris illaꝝ puīciaꝝ mi̅stris bm rlam ꝛ oīa obediāt. ¶ De-

De duratiōe puīcialiuꝫ mi̅strorum.

niq̄ʒ ne ex ministroꝝ puīcialiū ppetuitate ordinē ip̄m in ruinā iteꝝ collabi
ꝯtingat: volum⁹ ꝛ ordinam⁹: p̄fatos puīciales mi̅stros vltra trieniū i suis
nō posse ꝯtinuari officijs. Quo triēnio elapso: p absolutis ab officio a cun-
ctis fribus hēant̄. Poterūt tn̄ infra dictū trienniū a suis caplis puīcialib⁹:
q̄ bm rlam ꝛ ꝯsuetudinē celebrabūt̄: si min⁹ vtiles inuēti fuerint ab officijs
puīcialib⁹ absolui. Et idē iudiciū de custodib⁹ p oīa hēat̄. ¶ Nullus fr̄o in
ministrū puīcialē aut custodē eligi: aut in ipoꝝ elcōnē vocē hr̄e poterit: ni-
si vitā ducat: reformatā ꝛ a cōitate reformatoꝝ illi⁹ puīcie cui p̄fitiēdus ē
p tali hēat̄. Quicq̄d aūt in cōtrariū attēratū fuerit: ip̄o facto irritū sit ꝛ ina-
ne. ¶ Preterea q2 de reformatis ac pure ꝛ simplr̄ rlam bti frācisci hmōi ob
ſuātibus sepe sepius in p̄cedētibus ꝛ seq̄ntibus mētio hēt̄: volumua ꝛ dcla
ramus: sub noīe reformatoꝝ ac pure ꝛ simplr̄ regulā bti Frācisci, hm̄ ōi ob-
ſuātiū ꝯphēdi oēs ꝛ singulos infrascriptos: vcʒ: obſuātes tā de familia q̄
reformatos sub ministris: ac fr̄is Amadei. d Coletanis. Clarenis: d scō euā-
gelio seu d caputio: ac discalciatos nūcupatas: aut alios sīles: quocūq̄ʒ alio
noīe nūcupāt̄: ꝛ regulā ip̄aʒ bti Frācisci pure ꝛ simplr̄ obſuāt. Ex qb⁹ oīb⁹
supradictis vnū corpus insimul faciētes eosdē ad inuicē ppetuo vnimus.
Ita q̄ d cetero omissa diuersitate noīʒ p̄dictoꝝ: frēs minores scti frācisci re
gularis obſuātie: vel simul vel disiūctiue nūcupēt̄ ꝛ nūcupari possint ꝛ de-
beāt. Oēsq̄ʒ ꝛ singulos vt p̄fert̄ vnitos gn̄ali mi̅stro p̄dicto: ac puīcialib⁹
mi̅stris ꝛ custodibus: in quoꝝ prouincijs ꝛ custodijs respectiue morāt̄: i oi-

De fribus ꝯuētualibus.

bus ꝛ p oīa bʒ rlaʒ subijci dbeāt. ¶ Cōuētuales fr̄o bʒ p̄uilegia viuētes: q̄uo
eisdē mi̅stris gn̄ali ꝛ prouincialibus subijci ꝛ obedire dbeāt: p alias nr̄as de
sup edēdas lr̄as dclarabimus. ¶ Ceteꝝ vt dissensionū scādaloꝝ ꝛ parcialita

Excōicatio.

tū fomes penitus ab ip̄o ordine tollat̄: p̄cipimus firmit̄ ꝛ mādam⁹ sub pēa
excōis late sn̄ie ipso facto incurrēda: a qua nullus p̄terq̄ʒ in mortis articulo

nisi a nob aut a sede aplica possit absolui: ne aliqs fr ordinis scti fracisci ap pellet aliu frez eiusde ordinis maliciose irrisorie seu improprie puilegiatu. Coletanu. Bullista. Amadeita. Clarenu. d euagelio: seu d capucio. Bigo tu: aut alio quouis noie et d nouo repto: seu forte in futuꝝ occasione poꝝ d missionu ipsius ordinis: vel huius nre scte institutiois z vnionis spu scti gra ꝑposite: a qcuqz imponendo: seu alio quouis irrisorio. iniurioso seu impro prioso nomine: aut qd pro improprioso a patietibus heat. Necnon oibus ta clericis q Laicis: ne fres hmoi aut eoꝝ fautores ꝑfatis nominibus irrisorie seu maliciose appellent: sz oes fres ipsius ordinis: fres minores: vt pfert: seu scti fra. a seipsis: z oibus alijs noient. ¶ Ite statuim q deceto nullus fr re formatus possit p quecuqz platu ordis et mistru gnale mitti ad morandu ad aliquẽ ꝯuetu no reformatu aut p reformato no hitu: excepto qn caplis pui cialib videret min malu aliqué frez licetiare ad nodu reformatas q ipm cu reformatis retinere: tali casu possint plati mittere frez seu fres reformatos ad nodu reformatos. ¶ Inhiben. sub excoicatiois late sn̄ie pea oib z singlis ꝯuen tualib sz puilegia viuetiu platis ac frib ne aliqué ex pfatis reformatis mis mo pdicto recipe audeat. Silr z dictis reformatis frib sub eade pena ne ab obia suoꝝ mistroꝝ vltaten q mo pdicto recedat. ¶ Et ne ex nouaꝝ sectaꝝ i dicto ordie forsa iroductioe sieda: ordine iteꝝ in rixas ꝯuenire oporteat: vo lum z i vtute scte obie firmit pcipim z mãdam: q d cetero nulle noue se cte vel reformatioes i dicto ordie itroducat aut fiat: absqz mistri gnal aut pui cialiu mistroꝝ reformatoꝝ i suis puicijs respectiue expsso assensu. Ita tn q dicte reformatiois ipsi mistro gnali z puicialib reformatis p oia iuxta rlam subijciat: vt expssu e d alijs reformatis. Quapropter oes domos: loca: z her mitoria q fres d obsuatia seu familia seu alij reformati sub mistris: qcunqz noie appellati fuerit hacten tenuert z possederit: ipi mistro gnali ac puiciali b in stris reformatis z p nos sic istitutis z dclaratis: i suis puicijs z respecti ue ppetuo subijciam z icoipam. Volen. loca ipa p ipos mistros ac eoꝝ suc cessores reformatos ppetuo teneri z possideri regi z gubnari. ¶ Quascuqz li tes dsup exortas cora qbcuqz iudicib ordiarijs vl delegatis: et scte ro. eccle cardialib z dicti ordis ptectoꝝ: aut sacri palacij nri auditorib: siue ꝯmissa rijs aplicis: ta i romana curia q extra eade: z ta int platos q et int subditos: qbuscuqz statu vl stãtia: ta sup possessorio q petitorio: seu et spolio: si quoli bz pedi possit dsup peden. et si hmoi loca d obia z d caplis frm ꝯuetualiu dicti ordis pus fuisset: ad nos aduocam: peit z extigim: silentiu ppetuu pti b iponen. Sñias qz z pcess p qscuqz iudices i eis hitos z latas: ac ide secu ta qcuqz et si lites ipe rone locoꝝ frm z bonoꝝ hic idem recepto ꝝ: au cuicuqz alterr rei occoe vl causa mote fuisset: cassam z anullamus. Et nihilominus dictis frib ꝯuetualib: necno qbuslis iudicibus: ac alijs qbuscunqz: ne qcq ꝯtra hmoi nraz declaratioez. renouatione. institutioem. vnione: z in corpatione in iudicio vel extra attetare. pcurare. iudicare vel pnunciare: et si cis p nos ꝯmissum existat: seu in futurum ꝯmittat psumat: sub pea excoi catois late snie: ac puatiois bnficioꝝ q obtinent: ac et ihabilitationis ad alia imposteꝝ obtineda eo ipo incurreda: inhibem vs pcipimus z mãdamus.

Ne fres refor mati icipiat a no reforma tis: z ecotra. Q d noue se cte vel refor matioes non fiant.

De extinctio ne litium.

De ꝯstitutio nib⁹ seu sta- tutis gñalib⁹ faciendis.

¶ Deniq̃ vt fm exigentiã locoꝝ ꝑsonaꝝ ⁊ moꝝ cuncta q̃ ꝯducere videbũt
ꝓ manutenẽtia reformationis ꝑ totã xpianitatẽ in dicto ordine iam diuina
grã introducte:iuste ꝓuide ⁊ discrete valeãt statui ⁊ ordinari:volum⁹ capl̃z
gñalissimũ ꝓxime celebrãdũ teneri deputare ex probatioꝛib⁹. doctoꝛib⁹:ac
magis exptis fribus:nonnullos ex diuersis regionib⁹ assumptos:q oĩa ⁊ sin
gula q̃ ꝓ manutenẽtia refoꝛmationis ⁊ ꝑa regule obſuãtia:ac hui⁹ nr̃e ꝯsti
tutionis debita executione accõmoda iudicauerint in vnũ recolligãt:appro
bãda ꝑ totũ capl̃m vel maioꝛẽ partẽ eiusdẽ:ac tandẽ ꝑ nos aplice ꝯfirmatio
nis patrocinio muniẽda. ¶ Et nihilomin⁹ moderno ⁊ ꝓ tpe existẽti camere
aplice gñali auditoꝛi. Necnon vniuersis archiepis ⁊ ecclia ꝝ ꝑlatis:ac qbus-
cũqz in dignitate ecclia stica ꝯstitutis ꝑsonis:ꝑ aplica scripta mãdam⁹: qtũs
ipsi ⁊ eoꝝ singli ꝑñtes nr̃as lr̃as ⁊ in eis contẽta q̃cũqz:vbi ⁊ qñ op⁹ fuerit:
ac quotiẽs ꝓ parte dicti gñalis ac ꝓuincialiũ ministroꝝ reformatoꝝ:seu ali-
cuius eoꝝ sup hoc reqsiti fuerint:solẽniter publicãtes:eisqz in ꝑmissis effica
cis defensionis ꝑsidio assisteñ. faciãt eos oĩbus ⁊ singulis predictis pacifice
frui ⁊ gaudere:non ꝑmitteñ. eos desup ꝑ quoscunqz:quauis auc͞te fungentes
qũolibz indebite molestari. Contradictores ꝑ cẽsuras ecclesiasticas ⁊ alia iu-
ris remedia:inuocato ad hoc ẽt si opus fuerit auxilio brachij secularis: ap-
pellatione postposita compesceñ. Non obstañ. qbuscũqz lr̃is aplicis:⁊ idul-
tis ẽt sacri concilij Constantieñ. dicte religionis fratribus. familijs. ꝯgrega-
tionibus. denoĩationibus:aut alicui eoꝝ:siue illaꝝ auctoꝛibus ⁊ institutoꝛi-
bus:conuẽtualibus siue reformatis:aut de familia fratribus sub qbus vis
ꝟboꝝ formis. solẽnitatibus ⁊ clausulis foꝛtioꝛibus ⁊ insolitis cõcessis: seu
foꝛsan in futuꝝ concedẽdis:ẽt si tales forẽt ꝙ de illis eoꝝũqz totis tenoꝛibus
specialis. expssa. indiuidua:ac de ꝟbo ad ꝟbũ mẽtio eẽt hñda. Quib⁹ quo
ad ꝑmissa expsse derogamus:ceterisqz cõtrarijs qbuscũqz. ¶ Ceteꝝ q2 diffici
le foret has nr̃as ꝑñtes lr̃as ad q̃libz loca vbi opus fuerit deferre:volumus ⁊
auctoꝛitate aplica decernim⁹:ꝙ trãsumptis earũdẽ manu notarij publici si-
gnatis:⁊ alicui⁹ ꝑlati ecclesiastici sigillo munitis:ea ꝓsus fides in iudicio ⁊ ex
tra adhibeat:q̃ adhiberet si ꝑñtes originales lr̃e exhibite vel ostense forent.
¶ Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nr̃e institutiõis. diffinitiõis:sub-
missionis. ꝯcessiõis. ordinatiõis. declarationis. vnionis. statuti. subiectiõis.
incoꝛꝑationis. aduocatioñ. impositioñ. cassatioñ. extinctioñ. inhibitioñ. ꝑ-
cepti:mãdati:derogatioñ. volũtatis ⁊ decreti infringere:vel ei ausu temerario
contraire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑsumpserit:indignationẽ oĩpotẽtis dei:
ac btõꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datis Rome apd̃
scm̃ Petrũ:Anno Incarnationis dñice. M. D. xvij. Quarto Kal's Iuni.
Pontificatus nostri anno qnto.

¶ Explicit bulla vnionis fratrũ minoꝛum.

¶ Sequitur bulla concordie fratrum minorum obseruantium ꝛ conuentualium.



Eo epūs seruus seruorū dei: ad ꝑpetuā rei memoriā. Oīps deus cui⁹ ꝑfecta sunt opa:q cūcta sapiētissime ꝯdidit in nūero.pōdere:ꝛ mēsura:ꝛ cuius nutu oia regunt: Romanū pontificū sic catholice ꝑfecit ecclie:vt q̄ diuino honori:salutiqꝫ fideliuꝫ cognouerit accōmoda non solū faciat:sꝫ q̄tū in ipso fuerit aspirante celesti grā ad debitē ꝑfecti ōis ꝑducat effectū. ¶ Sane diebꝰ elapsis cū gñalissimū capm totius ordis bti Frācisci ꝯuocari fecissem⁹:illōqꝫ in domo d̄ ara celi de vrbe dicti ordis celebrari debere ordinauissem⁹: ꝓ vniōe vniuersalis friū ꝑdictoꝝ sub vno capite reformato:inter alia facienda ꝓ votiua huiōi vnione:de venerabiliū friū nostroꝝ scē Romāe ecclie cardinaliū ꝯsilio ꝛ assensu:necnō ad regū ꝛ ꝑncipū xpianoꝝ huiles ꝛ instātissimas ꝑces auctate aplica statuim⁹ ꝛ ordinam⁹:q de cetero ꝑpetuis futuris tpibꝰ minister gñalis toti⁹ ordis scti Frācisci a solis:ꝛ de solis reformatis fribꝰ dicti ordinis: viuētibus absqꝫ ꝑuilegijs bona tpalia ꝯcernētibꝰ eligi debere:cui oēs ꝛ singuli frēs ꝑm rlām eiusdē bti Frācisci subijci ꝛ obedire tenerent. Et deinde frēs ꝯuētuales cū ꝑuilegijs eis a sede aplica ꝯcessis viuētes:ac reddit⁹ ꝛ possessiones:alia ve bona tpalia ꝑm huiōi ꝑuilegia retinere volētes:ꝑ alias nr̄as lrās ēt statuimus ꝛ ordinauim⁹:q vnū ex eisdē fribꝰ ꝯuētualibꝰ vita ꝛ moribus idoneū sibi eligere possent:q eoꝝ magister gñalis appellaret:ꝛ eorūdem friū ꝯuētualiū sub dictis ꝑuilegijs viuētiū curā gerere:ꝛ elcōnis de se facte ꝯfirmationē a dicto ministro gñali totius ordis petere deberꝫ:put in nr̄is lrīs ꝑdictis plenius ꝯtinet. Cūqꝫ in capo gñalissimo in dicta domo de ara celi huiōi nuꝑ frēs reformatos celebrato:ibidē ꝑsidētibus auctate nr̄a ꝓtecto ꝛ ipsius ordis ꝛ alijs duobus ex scte Romāe ecclie cardinalibus ad id a nob specialr deputatis:die ad hoc ꝑ nos assignata frēs ipsi vocē in elcōne ministri gñalis huiōi hñtes:dilectū filiū Xpofoꝝ de Forliuio:q vicarius gñalis friū minoꝝ de familia tūc fuerat in ministrū gñalē totius ordis scti Frācisci rite ꝛ recte:frēs ꝯo ꝯuētuales cū ꝑuilegijs(vt ꝑfert)viuētes:in domo sctōꝝ aplōꝝ ēt de vrbe dicti ordis:ad id ēt legitime ꝯgregati:dilectū filiū Antoniū marcellū vita ꝛ moribus idoneū in magrm gñalē friū ꝯuētualiū huiō:ēt elegissent:nos cū audiuissemus elcōnes de ministro ꝛ magro ꝑfatis ꝑ eosdē fratres iuxta ordinationes nr̄as ꝑdictas:spū scto id opante summa cū charitate ac pace ꝛ vniōe factas fuisse:dictū Antoniū in magrm friū ꝯuētualiū electum coꝛā nob ꝑsentē in dño bñdiximus:ac bñonē nr̄aꝫ huiōi ꝓ ꝯfirmatiōe quā a ꝑfato ministro gñali petere tenebat:ꝓ hac vice dūtaxat sufficere voluimus. Ac desiderātes ꝑ eosdē Xpofoꝝ ministrū ꝛ Antoniū magrm sic electos ꝛ eorū successores frēs sibi cōmissos sub ꝓspo ꝛ felici regimine gubernari:ac in pacifico ꝛ trāqllo statu conseruari posse:cogitauimus tali modo ꝓuidere:q de cetero odoꝛ bone fame eorūdē friū apd oēs xpi fideles:ēt reges ꝛ ꝑncipes re-

ligionis xpiana pperuis futuris teporib⁹ redoleat: pax z vnio plurimu ab oib⁹ residerata pseruet: omnisq dissidij occasio (q humani generis pcul a te inimico exoriri posit) extinguat z penit⁹ tollat: aliqua p eodē ministru z magrm aliosqz ipius ordis pfessores firmit z inuiolabilit obseruāda: motu pprio: z ex certa nra sciētia: ac matura cū eisdē cardinalib⁹ psidentib⁹ deliberatione phabita: duximus statuenda.

De cōfirmatione magistri gnalis a ministro generali.

¶ Videlz q pfati anteni magri gnalis frm conuentualiū successores: ab eisdē fratrib⁹ ꝯuentualib⁹ p tpe eccti: cōfirmationē ab eodē ministro gnali z successorib⁹ suis ministris gnalib⁹ totius ordinis: quēadmodū vicarij gnales tūc de familia nūcupati petere tenebant: petere teneant. Ac q magr tūc z p tpe electus ad regimē frm ꝯuentualiū sctī Frācisci: iuxta dictā nrām ordinationē: magistri gnalis fratrū ꝯuentualiū in ppetuū appellari debeat.

De cōfirmatione magistrorum puincialium a ministris prouincialibus.

¶ Quodqz in singulis puincijs deputati ad regimē frm conuentualiū: de cetero magistri puinciales fratrū ꝯuentualiū (cū suis sigillis) vocari: z a ministris puincialib⁹ regularis obseruatie in puincijs (iuxta morē dicti ordinis) respectiue p tpe existētib⁹: cōfirmationem electionū de eis p tpe factarū: eo modo quo vicarij puinciales olim de familia nuncupati a tunc ministris puincialiū frm ꝯuentualiū petere tenebant: eam petere teneant.

De modo subiectiōis fratrum conuentualium ministris obseruantie.

¶ Quodqz tā gnales q puinciales ministri pfati: tā antequā post gnalis z alior magistror cōfirmationē hmōi: tā de generali z puincialibus q alijs fratrib⁹ conuentualib⁹ hmōi: z eor ac aliorū tertij ordinis frm z sororū nūcupator: q hactenus sub ministro gnali cōuentualiū fuerāt regimine: nullaten⁹ se intromittere: aut eos p se vel suos cōmissarios visitare seu corrigere possint: nec aliquā iurisdictionē seu supioritatez in ipsos exercere valeāt: pterq cū ipsum ministrū generalē p tēpore existētē ad ipsor fratruz conuentualiū domos z loca declinare cōtigerit. Quo casu: ipe minister eosdē frēs cōuentuales paterne visitare: ipsiqz frēs cōuētuales eūdē ministrū gnalē (tanq totius dicti ordinis supiorē) oī cū charitate z dilectione recipe debeant: eo modo idē minister gnalis: tūc z p tpe existēs nihil iudicialiter circa ipsos frēs cōuentuales: z domos eor z loca: ac etiā monasteria monialium sub eor cura degētiū exerceat: nisi eo modo quo minister gnalis tūc fratrū cōuentualiū: sup frēs de familia: z eor domos z loca: z monasteria monialiū tpe cōuocationis dicti capli gnalissimi exercebat exercere posit.

Ne ministri obseruantie pcurent reformatiōes domorum conuentualium.

¶ Et insup gnali z puincialib⁹ ministris p tpe existētibus: sub excōicationis late sētētie pena pcipim⁹ z mādamus: ne directe vel indirecte: etiā fauore dnorum tpaliū. ciuitatū z vniuersitatū. oppidor terrar: z villarū: ac psonar ecclesiasticarū: etiā platorum quorūcūqz: seu eorūdē cardinaliuz: seu alio qsito colore vel ingenio maliciose: q domus z loca fratrū ꝯuentualiū: seu mōasteria monialiū cure magistri gnalis cōuētualiū hmōi subiecta: z q hacten⁹ sub dicto ministro gnali fratrū cōuentualiū fuerāt: eis quoquo modo auferant: pcurare psumāt. Et nihilominus qdqd in cōtrariū attēptatū fuerit sit eo ipso irritū z inane.

¶ Domus aūt z loca: ac monasteria monialiū magistro gnali fratrū ꝯuentualiū: ea subiecta intelligi volum⁹: q aplica vel alia auctoritate ministro gnali ante celebrationē dicti capli gnalissimi pxime in dicta domo de Ara celi celebrati: subiecta erāt. z in quorū possessione ipe tunc minister gnalis

lis cōuentualiū existebat. presertim domꝰ seu cōuētus Assisij: τ sancti salua toris ꝺ vrbe: alieqꝫ ꝙ plures domus: ac multa monasteria monialiū: q̄ eidē ministro gn̄ali tūc immediate subiecta erāt. Que oīa τ nūc magistro gn̄ali cōuentualiū immediate subiecta ꝑpetuo sint τ esse cēseant: exceptis domibus τ locis: ac monasterijs monialiū dictoꝝ fratrū reformatoꝝ ꝑ priores lras nr̄as hm̄oi nuꝑ vnitis: q̄ gn̄ali τ ꝓuincialibꝰ ministris in suis prouincijs respectiue in omnibus subiecta remanere volumus. ¶ Statuimus etiā ꝙ si frēs ꝯuētuales qn̄qꝫ se reformare voluerint: reformatio ipa iuxta ꝓuilegia aplica eis ꝯcessaꝝ suos gn̄alē τ ꝓuinciales magistros dūtaxat fieri debeat. Nisi vbi frēs alicuius domus seu cōuētus ad verā τ regularē obseruātiā: τ omnimodā gn̄alis τ ꝓuincialiū ministroꝝ obedientiā venire: τ gn̄ali ac alijs ministris p̄fatis se subijcere vellent. Quo casu: si frēs illaꝝ domoꝝ in qbus a decē vsqꝫ ad viginti tres in alijs vero domibus in qbus numerus a viginti vsqꝫ ad quencūqꝫ numeꝝ frūꝫ eorūdē ꝯuentualiū fuerit: due tātū ptes: subiectioni τ submissioni hm̄oi ꝯsenserint: tūc gn̄alis τ alij ꝓuinciales ministri ꝓ tpe exn̄tes: domos frm̄ subiectioni τ submissioni hm̄oi: modo ꝑmisso ꝯsentientiū: q̄cūqꝫ ꝯtradictione nō obstāte: domos frm̄ ꝯuentualiuꝫ: τ illarū frēs hm̄oi: libere τ licite recipe possint. Domus vero fratrū cōuentualiū in qbus minor numerꝰ ꝙ denarius fuerit: ēt ꝺ omniū fratrū ꝯuētualiū eatūdē domoꝝ cōsensu: nullatenꝰ recipe valeāt. Sꝫ ille gn̄alis τ alioꝝ ꝓuincialiū magistroꝝ reformatōi libere dimittant. ¶ Singulis ꝟo frībꝰ cōuētualibus ad gn̄alē τ ꝓuinciales ministros trāsire volētibus: ab eoꝝ supioribus ꝑus petita lꝫ nō obtenta licētia: libaꝫ trāseūdi licētiā τ facltatē ꝯcedimus. ¶ Preterea volumus: ꝙ illi ex frībus cōuentualibus q ꝺ cetero vitā reformatā sub gn̄alis seu ꝓuincialiū mgr̄oꝝ cura ducere voluerint: sub eoꝝ regimine ꝑmanere possint: dū mō aliquo signo notabili distinctiuo distinguātur τ discernant ab illis q vitā regularē sub gn̄ali seu ꝓuincialibus ministris ducūt: put gn̄alis minister τ magr̄ ītēr se puenerint. ¶ Bonis p̄factaꝝ domoꝝ reformādarū immobilibus: τ oībus quoꝝ frēs reformati nō sūt: nec capaces eē volūt: gn̄ali τ alijs ꝓuincialibꝰ magr̄is ad eoꝝ liberā dispositionē libere remanētibus. ¶ Et ne inter reformatos τ cōuentuales frēs p̄fatos sup precedentia dissensio τ contentio oriri possit: volumus τ etiā statuimus ꝙ inter eos talis ordo seruetur: videlicet ꝙ in processionibus: τ funeralibus: ac exequijs: necnon in oībus alijs actibus publicis: frēs ꝯuentuales fratribus regularis obſuātie locū digniorē relinq̄re teneant. Si tn̄ aliq graduati: seu antiq p̄res: aut guardiani domoꝝ cōuentualiū remanere velint cuꝫ quibusdam fratribus antiquioribus sub generali τ ꝓuincialibus ministris viuentibus: tūc τ in hoc casu vt euitet dissensio huiusmodi: τ ꝑfecta vnio cōseruetur: simul incedere: ipseqꝫ cōuentuales semꝑ eorum crucē τ vexillum ꝑ eos deferri cōsuetum: deferre libere τ licite valeāt. ¶ Postremo omnia τ singula priuilegia τ indulta dicto ordini tā par nos ꝙ alios quoscūqꝫ romanos ꝑōtifices: hactenus cōcessa: eisdē fratribus regularis obſuātie: ac cōuentualibus inq̄tuꝫ ꝑmissis nō sunt ꝯtraria: auctoritate τ tenore presentiuꝫ īuicē ꝯpe. uo cōmunicamꝰ τ suffragarij volumus: eaqꝫ oīa illꝰ ꝺ nouo ꝯcedimus.

Qualr̄ possint reformari domꝰ fratrū cōuētualium.

Qualr̄ possint frēs conuētuales reformari.

Qō in actibus publicis ꝑcedant obseruātes conuentuales.

Cōicatio priuilegioꝝ reciproca.

¶ Quo circa camere aplice gn̄ali auditori: necnō vniuersis p̄triarchis. archi-
epis. epis: ⁊ eccliaꝝ p̄latis: ac q̄buscūq; in dignitate ecclesiastica cōstitutis p̄so-
nis p̱ aplica scripta mādamus: quatenus ipsi ⁊ eoꝝ singli: p̄sentes l͞ras l. ac
⁊ in eis contēta q̄cūq;: vbi ⁊ q̄n opus fuerit: ac quoties p̱ parte ministroꝝ ⁊
magroꝝ aut alicuius ip̄oꝝ sup̱ hoc req̄siti fuerint: solēniter publicātes: eisq;
in p̄missis efficacis defensionis p̄sidio assistētes: faciāt eos p̄sentibus l͞ris: ac
oibus ⁊ singlis in eis contētis pacifice frui ⁊ gaudere: nō p̄mittētes eos de-
sup̱ inter se: ac ēt p̱ quoscūq; alios: quauis auc͞tate p̄fulgētes quōlibet
indebite molestari aut p̱turbari. Contradictores p̱ cēsuras ecclesiasticas ⁊ alia
iuris remedia: appellatione postposita cōpescēdo: inuocato ēt ad hoc si op⁹
fuerit auxilio brachij sclaris. Non obstātibus q̄buscūq; l͞ris aplicis ⁊ indul-
tis: ēt sacri concilij Constātiēsis dicte religionis ⁊ s͞ttibus. familijs: ꝯgregatiōi-
bus. denoiationibus: aut alicui eoꝝ: siue illaꝝ auctorib⁹ ⁊ institutorib⁹ sub
q̄busuis v͞boꝝ formis. solēnitatibus: ⁊ clausulis fortioribus ⁊ in solitis cō-
cessis: seu forsan in futuꝝ concedēdis. Quibus ēt si ad illoꝝ derogatiōem
de illis eoꝝūq; totis tenoribus: specialis. specifica. exp̄ssa. indiuidua: ac de v͞-
bo ad v͞bū: non aūt p̱ clausulas gn̄ales id importātes mētio: seu q̄uis alia ex-
p̄ssio hn̄da: aut aliqua alia exq̄sita forma s͞uāda eēt: illoꝝ oim tenores p̄senti-
bus p̱ sufficiēter exp̄ssis ⁊ insertis hn̄tes: illis alias in suo robore p̄māsuris:
hac vice dūtaxat specialr̄ ⁊ exp̄sse derogamus contrarijs q̄buscūq;. Aut si
ministris: ⁊ magr̄is: ac fratribus p̄fatis: vel q̄busuis alijs cōiter vel diuisim ab
aplica sit sede indultū q̱ interdici: suspendi: vel excōicari non possint p̱ l͞ras
aplicas non faciētes plenā. exp̄ssam: ac de v͞bo ad v͞bum de indulto hmōi
mētionē. ¶ Ceterꝝ q̱ difficile foret p̄sentes l͞ras ad q̄libz loca vbi opus fue-
rit deferre: volumus ⁊ auc͞tate aplica decernimus: q̱ trāsumptis presentiu͞
manu notarij publici signatia: ⁊ alicuius p̄lati ecclesiastici sigillo munitis: ea
p̱sus fides in iudicio ⁊ extra adhibeat: q̄ ad hiberet̄ si presentes originales
l͞re ēēnt exhibite vel ostense. ¶ Nulli ergo oino hoim liceat: hāc paginā n͞roꝝ
precepti. statuti. cōicationis. concessionis. mādati. derogationis. volūtatis
⁊ decreti infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si q̄s aūt hoc attēpta-
re presūpserit: indignationē oipotentis dei: ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli apl̄oꝝ
eius se nouerit incursuꝝ. Datis Rome apd̄ sctm̄ Petrū: anno incarnatiōis
dn̄ice Millesimo q̄ngentesimo decimo septimo: p̄die Idus Junij: pontifi-
catus nostri anno q̄nto.

¶ Explicit Bulla concordie inter fratres minores obseruātes et conuentuales.

¶ Sequuntur diffinitiones seu statuta tabularū caplorū gñalium frm minorum.

¶ Prefatiuncula.

¶ Sciēdū: q in caplo gñali frm minorum anno dñi.1532. in festo Penthecostes Tholose celebrato: in tabula diffinitionis factum est sequens statutum.

¶ Statuta Barchinonensia: iuxta ordinationem capli gñalis Parmensis: mutatis mutandis obseruentur: oibus alijs statutis reuocatis et annullatis: demptis tabulis diffinitionū: in q̄tum p̄fatis statutis nō ɔtrariantur.

¶ Igitur qr vix aliqs scire possz statuta in tabulis diffinitionū caplorū gñaliū ɔtenta nisi i vnū redigerent: ac iuxta p̄fata statuta gñalia ponerent: visuz est ope p̄ciū in fine statutorū hmōi diffinitiōes seu statuta capitulorū gñaliuz apponere: assignatis caplis et paragraphis p̄fatorū statutorū gñaliū: qbus ptinere videntur: put series inferius annotata ostendit.

¶ Quo ad primum capitulū de nouiciorum receptione.

¶ Pro fine. §. Inhibemus. &c.

¶ Ex tabula. C. G. Barchinonēsis 1451. celebrati.



Rdinatur: q recipiēdi ad ordinē: sm euāgeliū: et rlaz: et sm bñsimi pfisnri visuz et praticā: āte iduitionez se ex ppare debeāt de oibus bonis suis: si iā id facere possint bono mō. Moueāt tñ: q p hāc ex ppationem nō erit ordo eis obligatus: nec ipsi se p istirmū ppositū āte expsam pfessionē obligare intēdāt. Immo de hoc ppt p̄iculū pfessiōis tacite: cautius informētur: vt. s. tm̄ pbare: et nullatenus se ordini i gñe vel i specie obligare pponāt. Et si āte iduitionē ex causis necessarijs vel rōnabilibus hoc facere nō possent: saltē ante suā pfessionē sint ex ppati oino. ¶ Nec iformentur p frēs hmōi induēdi vel iā nouicij de breuiarijs et alijs p se: vel ēi p ɔuentu dādis: vel emēdis: sz dicatur eis ab his q auctoritatē hñt eos recipiēdi: q vadant et vēdant oia sua: et ea studeāt paupibus erogare sm regulā: ita q de bonis suis: vel de ɔsilio eis dādo: frēs nullatenus se itromittāt. Et nisi sua ppa volūtate: et sp̄ōte: nō frm in formatiōe: panū p iua pma induitiōe portauerint: ɔcedātur eis pani pbationis a fratribus.

De ex ppriatione certo mō faciēda.

Pro fine. §. Insup ordiamus. ¶ Ex tabula. c. g. palecuele 1470.

Utz sm declarationē dñi Clemētis pape. 5. oia specialia ad formā habitus iā nouitiorū q̄z pfessorū eq pollēāt p̄ceptio: statuit vt i oibus pūictis habitus nouitiorū patēter sit distictus ab abitu pfessorū: ita q distinctura capucij nō sufficiat: sz vel portēt caparonē iuxta rlaz: vel aliā petiā p̄āni āte pectus: nisi quo ad aliq̄s psonas notabiles recipiētibus aliō sz dñū aliqū videat.

De habitu nouiciorū.

ℭ Profine.§.Necloquantur.⁊c.

ℭ Ex tabula.C.g.Castri randulfi.1478.

Quot nõ in differéter recipiant nouicij.

Statuitur: q̃ prouincialis nõ indifferẽter oibus guardianis committant auctoritatẽ recipiendi ad ordinẽ: sed talibus q idoneos ⁊ vtiles fm̃ r̃lam ⁊ aplicas declarationes: ⁊ ordinis instituta recipiãt. ¶ Et nõ pmittant nouicij aliqd vsui suo reseruare. Quot si fecerit: suis imme diate p̃latis realiter resignare teneant studeant.

ℭ Ex tabula.C.g.Salmãtini.1461.celebrati.

ℭ Quo ad recipiẽdos ad ordinẽ: ⁊ ad sacros ordines pmouendos: seruent stricte statuta nr̃a. Et caueãt diligẽter puinciales ⁊ custodes ne indistincte seu indiscrete auctoritatem suam quo ad hoc guardianis committant. Super quo eorum conscientias oneramus.

¶ Ex tabula.C.g.Lauatis.1505.celebrati.

Qd nõdũ institut⁹ cõfessor sclariũ pot absolue re nouicios. De reputatio ne tpis pbationis.

¶ Cum aliqs vult indui nobiscũ: seu religionẽ ingredi: ⁊ cupit cõfiteri alicui idoneo p ↄsolatione sue cõsciẽtie: q tñ nõdũ institutus ẽ ↄfessor secula riũ: siue sit magister iuuenũ vel alius: ab eodẽ põt in ↄfessiõe audiri: absolui ⁊ dispẽsari: qr ex quo mutuus iteruenit ↄsensus.s. recipientium ⁊ recepti: vr quasi vnus ex nr̃is gaudere indultis.

¶ Item ex tabula p̃fati.C.g.Lauatis.1505.celebrati.

¶ Summus pontifex Julius.2. per bullã sub plumbo declarauit: q̃ siquis apud nos induat: ⁊ habitu relicto ad seculũ redeat: ⁊ postmodũ iter reuer tat: tempus p̃cedentis receptionis cum tpe posterioris p anno pbationis (si videat prelatis) valeat computari.

¶ Ex tabula.C.g.Florenciaci.1493.celebrati.

De reforma tiõe frm̃ quẽ tualium.

ℭ Statuit: q̃ frẽs nr̃i de claustra venientes ad obseruantiã cum superiorũ suor licẽtia reformande vite grã: infra annũ pbationis possint expelli: si nõ fuerint bone conuersationis: vel ipsi ad claustrã regredi si de obseruãtia nõ contentent: sicut faciũt alij nouicij seculares: nisi denouo se obligauerit p mittendo obedientiam in ingressu.

¶ Ex tabula.C.g.Lauatis.1505.celebrati.

De claustralib⁹ occultãtib⁹ ĩfirmitates contagiosas qñ reformant.

¶ Declarat: q̃ cũ receptus fuerit aliqs claustralis vel collectaneus aliqua cõ tagiosa ĩfirmitate pcussus: quã ipse reuelare renuit in ei⁹ receptiõe: licz ab eo p grat de sua sanitate: cognita ei⁹ infirmitate: bñ põt expelli ne alios inficiat: cũ nr̃a obsuãtia nõ intẽdat talẽ recipe: ⁊ fraus ⁊ dolus nulli patrocinari de bet. Cõsultius tñ eẽt: q̃ dũ tales recipient: fieret eis ptestatio: q̃ si talib⁹ ĩfir mitatib⁹ teneat: recipiẽtes nullo pacto eũ recipe intẽdũt. ¶ Si aũt aliqs taliũ claustraliũ apd̾ nos recipiat: ⁊ postea aspiciẽs retro aut fugeret: nõ eẽ regrẽ dus: sed relinquat eius aĩa in manib⁹ suis.

¶ Ex tabula.C.g.Burdegalensis.1520.celebrati.

De receptione ⁊ incorpatiõe ↄuẽtualium.

ℭ Nullus ↄuentualis recipiat ad obseruãtiã: nisi ad minus ↄuersatio eius ⁊ vita p annũ videat. Et tũc si caplo placuerit: possit incorpari. Quot si mi nus remittat ad ppa. Et incorporãs: careat voce actiua p vnũ annum post dictã incorpatiõnẽ: ⁊ passiua p duos ãnos ad min⁹. Nisi eẽt aliqs ↄuentua

lis cuius receptio esset in edificationē: ꝛ singulare exemplū. Et hoc ad iudicium ministri: custodum: ꝛ diffinitorum.

¶ Ex tabula. C.g. Rothomagensis. 1516. celebrati.

¶ Frēs grauati seu percussi secretis: aut publicis infirmitatibus: ꝛ ante pfessionē (vt moris est) sup hoc interrogati veritatē negātes: p statutoꝝ nroꝝ ꝛ sctissimi pape sup hoc facta declaratione: possunt expelli.

De occultātibus infirmitātis dolose.

¶ Quo ad secundum capitulū de diuino officio ꝛ orone.

¶ Pro fine. §. de legendo autem. ꝛc.

¶ Ex tabula. C.g. Basiliensis. 1454.

Cum pncipalis ꝛ quasi totalis causa multaꝝ exorbitationū ꝛ relaxationū sit defectus scte oronis priuate: ꝛ recollectiōis interne: hortamur ꝛ obsecramus in dño: vt frēs oēs i singlis puicijs p eoꝝ supiores ab exterioribus euagatōibus: ꝛ inutilibus occupationibus cū summo studio retrahātur: ꝛ ad interiora quātum erit possibile: vt de deo: ꝛ de spūalibus: ac de sui status sublissima pfectiōe: cū oi bonitate sentiāt: verbis ꝛ exēplis diligētissime reducant: vt diuio officio deuote: ꝛ cū multa diligētia psoluto: tps ēt aliqd capiensi quo spūm dñi: ꝛ mentē btissimi pris nri Frācisci imbibere valeant: xpi vnctione ꝛ gra se eis dulcius infundente.

Qd frēs retrahāt ab iterioribus ad interiora.

¶ Quo ad tertiū capitulū: de obseruātia paupertatis.

¶ Pro principio capituli.

¶ Ex tabula. C.g. Burdegalensis. 1520.

Guardiani teneant vestire frēs suos de sili pāno de quo ipsi induūt: ꝛ q̄ de his fiat puisio frībus sicut sue psone: si cōmode fieri possit: iudicio frūm loci. Et sup oia inuigilēt curei firmoꝝ. Et cū humanitate (vt decet) tractēt frēs suos: specialr forenses. Quot si ɔtra fecerint: teneant ministri eos a suis officijs deponere.

Qd guardiant induant frēs suos sicut seipsos.

¶ Pro. §. preterea cum regula dicat. Et nullus frater quacunqz ex causa.

¶ Ex tabula. C.g. Basilee. 1454. celebrati.

Omnes frēs nostri: ꝛ pſertim supiores diligēter attendāt differētiam scdm iura: ꝛ quattuor magistros iter denarios ꝛ pecuniā. Que duo in nostra regula expsse phibent: vt. s. nihil recipiant cōtra declaratione dñi Nicolai pape. 3. causa distrahendi vl vendendi. Et a cōmutatiōibus ꝛ alijs distractionibus piclosis ꝛ illicitis caueant diligēter. Jccirco nihil recipiāt nisi cuius vsus est eis necessarius: cū sicut nulla curiositas in edificijs ꝛ alijs: ita nec vlla supfluitas in quocūqz: etiā paruis possit fm declaratiōez dñi Clemētis pape. 5. nro statui ɔuenire. Quo circa nō debēt frēs pcurare ea q̄ apd eos interdū magis abūdant: vt pisces: ꝛ silia ad dandū alijs ɔcuti-

Qd nihil pcurēt vel recipiāt vt alienetur.

bus ꝛ locis: aut etiā ꝑsonis extra ordinē: a q̄bus alia: vt olū ꝛ hmōi in recō pensam: ꝛ. q. in solutionē recipiāt vllo modo.

¶ Ex tabula. C. g. Paleucuele. 1469. celebrati.

¶ Frēs nō ꝑmittāt secū ire aliquē sclarem eleemosynas pecuniarias ꝓcurā tem: nec vllo mō frēs ei assistant.

¶ Ex tabula. C. g. scte̅ Magdalene. 1490. celebrati.

De deposito pecunie: ac ꝺ bursario.

¶ Caueant oēs ꝛ singli frēs: ne eleemosynas pecuniarias sine ꝟa necessitate deponi ꝓcurēt: sub ꝑiclo salutis ꝓprie. Et ne q̄s si cū bursariū seu depositariū ducat: sub pena priuatiōis officioꝝ ordinis: ꝛ actuū legitimoꝝ.

¶ Ex tabula. C. g. Carpensis. 1521. celebrati.

De mō ꝺponendi pecuniam.

¶ Nullus frater deponat seu deponi faciat: aut detineri aliquā eleemosynā vel pecuniā in manu ꝓcuratoris sine licētia sui guardiani: et ꝑ necessitate imminēti. Cōtra faciētes: puniant̃ tanq̄ ꝓprietarij.

¶ Ex eadem tabula. C. g. Carpēsis. 1521. celebrati.

Qualr̃ sit deponenda pecunia.

¶ Ad suandā puritatē regule: ꝛ ad euitanda scandala: ꝛ admiratiōes q̄ ꝑīt dari sclaribus ordinat̃: q̄ nullus ꝯfessor vel alius frater deponi faciat vel ꝑmittat aliquam eleemosynam pecuniariam in cōfessorijs: vel cellis: aut alijs locis. Sed hmōi cōtribuentes: vel eleemosynam facere volentes mittantur ad ꝓcuratores. Cōtrarium autem faciētes: sint priuati voce actiua ꝛ passiua per tres annos.

¶ Ex tabula C. g. Meclinensis. 1499. celebrati.

De petitione eleemosyne.

¶ Declarat̃: q̄ eleemosyna circa spūalem frēm deposita: ꝑino debꝫ expendi anteq̄ alia petat̃ vel recipiat̃. Et q̄ nullo mōlꝫ fribus exigere eleemosynas annales ꝛ perpetuas.

¶ Ex tabula ꝑdicti. C. g. Meclinensis. 1499. celebrati.

De cōmutatione reruꝫ.

¶ Declarat̃: q̄ prelati nr̄i ꝑ amicos spūales ꝑñt cōmutare rem ꝓ re: vt puta dare duo coria bouina pilosa: vel caprina ꝓ vno raso ꝛ parato ꝑ calciamētis. Et sic de silibus.

¶ Ex ꝑfata tabula. C. g. Meclinēsis. 1599. celebrati.

Qualr̃ vēdi seu alienari debēt res ordinis.

¶ Itē res vendēde: cōmutāde: aut extra ordinē alienāde: de ꝯsensu ꝓuincialiū tradant̃ amicis spūalibꝰ: q̄ auctoritate aplica. s. Martini. 4. ꝛ. 5. ꝺm bonam ꝯscientiā cōmutent: vendāt seu alienent: ita q̄ ꝑ frēs taliū preciū pecunie nullatenus estimetur.

¶ Ex tabula eiusdē. C. g. Meclinēsis. 1499. celebrati.

De hospitio frīn.

¶ Declarat̃: q̄ licitum est fribus hospitari ĩ domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuenti: hac cōditione vt ibidem hospitentur frēs: ꝛ sibi ꝓuideatur de vtensilibus.

Ne rōne rerū tp̄aliū vexent sclares a fribus.

¶ Ex tabula. C. g. Laualis. 1505. celebrati.

rum ꝛ monasterioꝝ omniũ:ac psonarum:presertim feminei põtificale.
sexus in illis sub suaui religionis iugo:ꝛ ppetua clausura al
tissimo famulatũ salubriter dirigendũ:put ex aplice seruitu-
tis officio nobis incumbit:solicite intendẽtes:presertim illa q̃ per nos ꝛ pre-
decessores nostros Romanos põtifices concessa:ꝛ nõnulla q̃ ppterea lauda
biliter facta ꝛ ordinata fore noscuntur:vt firma perpetuo ꝛ inconcussa persi
stant:libenter cum a nobis petitur apostolico munimine roboramus:ac alia

de nouo cōcedimus: prout in domino cōspicimꝰ salubriter expedire. Sane pro parte dilectarū in xp̄o filiarū moderne abbatisse ⁊ cōuentus mōasterij monialiū: sub inuocatione Cōceptionis beate Marie virginis Toletanc: ordinis sancte Clare nobis nup exhibita petitio cōtinebat: q licet olim in eodem monasterio ab illius primeua institutione: certis modus viuēdi sub regula ⁊ institutionibus Cisterciēsis ordinis: ac nomine cōceptionis eiusdē beate Marie institutus ⁊ datꝰ: ac p abbatissam ⁊ conuentū prefatos obseruatꝰ: ⁊ p felicis recordationis Innocentiū papā octauū predecessorē nostrū approbatus fuerit: tū pie memorie Alexander papa etiā p̄decessor noster: illū ex certis tunc exp̄ssis causis: ordinē Cisterciensē cassauit ⁊ ānullauit: an eodēq monasterio ordinē p̄fate scte Clare p quasdā suas erigi ⁊ instituī mādauit. Que omnia p alias nr̄as litteras cōfirmata ⁊ approbata fuerūt: put in singulis litteris p̄dictis desup cōfectis plenꝰ cōtinet. cū aūt sicut eadē petitio subiūgebat: abbatissa ⁊ conuētus p̄fate: p conscientiaꝝ earū puritate ⁊ animoꝝ qete cupiāt: ⁊ ad p̄sens desiderēt a Cisterciēsis ⁊ sancte Clare regulis p̄dictaꝝ mō viuendi penitꝰ absolui: ac formā ⁊ modū in cōmuni viuēdi iuxta cōtinentiā. formā: ⁊ tenorē in duodecim caplis siue articulis: sacris canonibꝰ nō cōtrarijs: ⁊ q in lrarū aplicarū q p camerā aplicaꝫ expediunt: diligēter inspici ⁊ examinari: ac eis fidē adhibēdo: illoꝝ tenorē de verbo ad verbū p̄sentibus inseri fecimꝰ contētā ⁊ exp̄ssam: ad vnguē obsuare: ⁊ sub illoꝝ modo viuēdi in eodē monasterio degere: ⁊ altissimo ppetuo famulari: dictaqꝫ duodeci capla: ac oīa ⁊ singula alia p̄uilegia eis cōcessa approbari ⁊ cōfirmari: p parte abbatisse ⁊ cōuentꝰ p̄dictaruꝫ nobis fuit humiliter supplicatū: vt ipas a p̄dictis Cisterciēsis: ⁊ scte Clare regulis ⁊ illarū institutionibꝰ ⁊ obsuātia absoluere ⁊ liberare: ac modū viuēdi in p̄fatis duodeci caplis cōtentū: in earū ab oibus ⁊ singulis alijs monasteria. prioratibꝰ: ⁊ locis dicti ordinis: sub inuocatione cōceptionis ppetuo obsuari debere: ac duodeciꝫ capitula: ⁊ alia p̄uilegia hmōi: eisdē monasterio ⁊ ordini cōcessa approbare ⁊ cōfirmare: aliasqꝫ in p̄missis oportune p̄uidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur q monasterioꝝ oīm: ⁊ religiosaꝝ p̄sonaꝝ statū ⁊ piū desideriū cū aiaꝝ salute syncerꝭ d̄siderijs exoptamꝰ: abbatissā ⁊ cōuētū p̄fatas ac earꝫ: singulas ex monialibꝰ p̄dictis: a qbuscūqꝫ excōicatiōis. suspēsionis: ⁊ iterdicti: alijsqꝫ ecclīasticis sentētijs ⁊ penis: a iure vel ab hoie q̄uis occasiōe vel cā latis: si quibꝰ q̄modolꝫ inodate existāt: ad effectū p̄sentiū dūtaxat cōsequēdū: harū serie absoluētes: ⁊ absolutas fore cēsētes: necnō singularū lraꝝ p̄dictaꝝ formas ⁊ tenores: p̄sentibꝰ p exp̄ssis hn̄tes: hmōi supplicationibꝰ inclinati: abbatissā ⁊ cōuētuꝫ: ac singulas moniales p̄dictas: ⁊ eis in posterū succedētes: ab eisdē Cisterciēsis ⁊ scte Clare regulis ⁊ institutionibꝰ: ac illaꝝ obsuatiōe: ita q deīceps vlteriꝰ ad earū obsuationē ⁊ modū viuēdi minime teneant: nec ad id inuite cōpelli possint auctoritate apostolica tenore presentiuꝫ penitus absoluimꝰ ⁊ totaliter liberamus. Ipsasqꝫ ⁊ succedentes p̄fatas extūc in antea: ad regulā ⁊ formā viuēdi p alias nr̄as lr̄as eis datem ⁊ cōcessam alias: iuxta tenorem dictorum duodecim capituloꝝ: tam in dicto q̄ in omnibus ⁊ singulis alijs monasterijs. prioratibꝰ ⁊ locis sui ordinis sub dicte inuocatione cōceptionis

vbiq3 ꝯsistētib⁹ ad ꝑsens ⁊ in futuꝝ ꝑpetuo obſuādā fore: ac ad vnguē obseruari debere: decernim⁹ ⁊ declaram⁹: ac oib⁹ ⁊ ꝑ oia ac si eis ⁊ mōasterijs: ac locis ꝑdictis a ꝑncipio ꝯcessa fuissent. Necnō rlāz ⁊ viuēdi formā i nīs istis. ⁊ duodecim capl'is ꝑdictis datā ⁊ expssā: ac oia ⁊ singla: imunitates. libertates. idulgētias. ꝑuilegia. indulta: ⁊ lrās aplicas sub quocunq3 titulo ⁊ noie mōasterijs ⁊ ordini ꝑdictis hacten⁹ ꝯcessa: ⁊ forsan ꝯfirmata: cū oportuna defectuū suppletiōe: auctoritate ⁊ tenore ꝑdictis: approbam⁹ ⁊ ꝯfirmam⁹: ac presentis scripti patrocinio communimus. ¶ Et insuper: q' liceat eisdem abbatisse ⁊ ꝯuētui: ac succedētib⁹ ꝑpetuo tpe iterdicti ordinaria auctoritate suppositi: i eodē mōasterio missas ⁊ alia diuina officia: ēt aptis ianuis ⁊ patefactis: i festo ꝯceptiōis eiusdē btē Marie ṽgis dūtaxat: ꝑsonis excōicatis exclusis: missas ⁊ alia diuina officia ēt alta voce: ꝑ eaꝝ ꝓpꝛiū vel aliū sacerdotem idoneū: sine alicui⁹ iuris ꝑiudicio: in quarūcūq3 ꝑsonaꝝ ꝑsentia: celebrari facere. Ac eucharistiā ⁊ alia sacra ecclesiastica ab eodē vel altero sacerdote: quocūq3 tpe recipe posse: eisdē auctoritate ⁊ tenore ꝯcedim⁹ ⁊ indulgemus. Nō obstātibus ꝑmissis: ac ꝯstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ aplicis: necnō monasterij ⁊ ordinis ꝑdictoꝝ: iuramēto: ꝯfirmatiōe aplica: vel quauis firmitate alia roboratis: statutis ⁊ ꝯsuetudinibus: ac oibus illis q̄ in singlis lrīs ⁊ indultis ꝑdictis ꝯcessum fuit nō obstare: ceterisq3 ꝯtrarijs qbuscūq3. Tenor vo capitulor ⁊ articuloꝝ predictoꝝ talis est.

De suspēsione interdicti in festo ꝯceptionis.

¶ In noie dn̄i: incipit regula Monialium conceptionis beate Marie virginis.

¶ De his q̄ debēt ꝓmittere volētes hūc ordinē intrare. Cap. j.



Decunq3 a deo illustrate ⁊ vocate: scli vanitatē deserere voluerint: ⁊ huius regule habitum assumētes: Jesu xp̄o redēptori nr̄o despōsari voluerint: eiusdē genitricis immaculatā ꝯceptiōis venerātes: voueāt semper viuere in obediētia: sine ꝓprio: ⁊ castitate: cum perpetua clausura.

¶ De modo recipiendi venientes hūc ordinē assumere de modo ꝓfessionis. Cap. 2.

Et cū ingressus in hūc ordinē sit q̄dā singularis oblatio: q̄ redemptori nr̄o: eiusdēq3 gl'iose genitrici offert: exhibēdo se ei hostiā viuā mēte ⁊ corpe: idcirco expedit vt hūc ordinē assumere volētes: diligēter examinent si sint catholice ⁊ fideles xp̄iane. nulli⁹ erroris suspecte. corpe ⁊ itellectu incolumes. volūtate prōpte. q̄ doceāt ⁊ informēt in oib⁹ q̄ obſuare tenētur: vt matura deliberatiōe ꝓbēt si hāc vitā ⁊ rl'āz sibi expediat assumere: ne post modū ꝯq̄rant ꝓpter asꝑitates ⁊ difficultates quas in hoc diuino itinere aliq̄n repererint. ¶ Nec vlla q̄ infra duodecim etatis ānos fuerit recipiat. Nec ēt tā antiq̄oris etatis q' nō possit absq3 grauedine ⁊ difficultate asꝑitatē huius rl'e sustinere: nisi aliō ob arduā: ⁊ rōnabilēq3 causam a ꝑlatis aliq̄n fuerit dispēsatū. ¶ Nō recipiat abbatissa auctoritate ꝓpria aliq̄ sororē absq3 cō-

Cōditiones reqsite i recipiēdis ad ꝓbationem.

sensu oim mōialiū: vel saltē maioris partis ex illis: ⁊ cū licētia sui visitatoris.

De forma p̄fessionis.

¶ Finito ꝟo anno pbatiōis: si maiori parti soroꝝ visum fuerit ꝯuersationē eiꝰ eē laudabilē: ⁊ eā aptā eē religiōi: recipiat ad pfessionē pmittēdo ī māibꝰ abbatisse vitā istā sp̄ ⁊ rēam obs̄uare: dicēdo hoc mō. Ego soror. N. ob amorē ⁊ s̄uitiū dñi nr̄i: ⁊ immaculate ꝯceptiōis eiusdē genitricis: voueo ⁊ pmitto deo: ⁊ btē Marie v̄gini: ⁊ btō Frācisco: ⁊ oibꝰ scis: ⁊ tibi mr̄: toto tp̄e vite mee viuere in obia: sine pp̄o: ⁊ in castitate: ⁊ in clausura ppetua: sub rēa per sanctissimū papā Juliū. 2. nr̄o ordini ꝯcessam ⁊ ꝯfirmatā. Et mr̄ abbatissa: si hec seruauerit: pmittat sibi vitam eternam.

¶ De forma habitus huius religionis. Cap. 3.

De pallio.

Habitus monialiū huiꝰ ordis sit huiōi. ¶ Tūica. i. habitꝰ cū scapulari sint albi coloris: quatenus cādor huiꝰ indumēti exterioris v̄ginee puritatis mētis ⁊ corpis testimoniū p̄tēdat. ¶ Palliū sit grossi pāni. seu staminee hiacintini coloris: ppter mysticā significationē: vcz qꝺ gliose v̄ginis aīa a creatiōe sua tota facta fuit celestis ⁊ singlaris regis eterni thalamꝰ.

De scapulari.

Portent in pallio ⁊ in scapulari imaginē dn̄e nr̄e: solaribꝰ radijs circūdatā: ⁊ stellis in capite coronatā. ¶ In scapulari aūt portabūt dictā imaginē pectori appēsam: vt dormiētes vel laborātes: in loco eā hōesto possint collocare: ⁊ assumere qn̄ vadūt ad choꝝ: locutoriū: ⁊ capl'm. Et in pallio: dextro humero assata hec imago portat a pfitētibus hāc sctā3 religiōnē: quatenus sciāt ꝙ dei genitricē tāq̄ vite imaginē in cordibꝰ suis debēt hr̄e insertā: innocētissimā ꝯuersationē suā imitātes: ⁊ hūilitatē mūdiq3 ꝯtēptū quē in hoc sc'o secuta est ēt sectātes.

De chorda.

¶ Chorda ꝟo siue funiculꝰ sit canabis: quēadmodū portant frēs minores.

De amictu capitis.

¶ Capitis aūt amictus: sit vitta alba de subtus: q̄ hōeste genas ⁊ collū coopiat. ¶ Portēt ēt p̄esse velū nigrū: nō p̄ciosum nec curiosum: supra caput oī loco ⁊ tp̄e. ¶ Capillos aūt sp̄ habebūt attōsos.

De calciamentis.

¶ Calciamēta vero sint sculponee solee: vel calcei: vel simplicis corticis sandalia. ¶ Mr̄ vero abbatissa poterit dispēsare in necessitatibꝰ: vt lineis tunicis induāt: vl' vt plura habeāt indumēta: vel vt possint portare calciamēta (cū discretaꝝ ꝯsilio) s3 necessitates locoꝝ ⁊ psonaꝝ.

Admonitio

¶ Hūilitatē ⁊ pauptatē dn̄i nr̄i Jesu xp̄i: eiusdēq3 bn̄dicte genitricis studeāt imitari: amātes sanctā pauptatē: tā in vilitate vestimentoꝝ: q̄3 in calciamentis ⁊ in ceteris oibus: vt mereant illuminate a p̄re luminis: ⁊ vsq3 in finem perseuerare.

¶ De protectore ordinis istius. Cap. 4.

Ut aūt diuinū s̄uitiū sp̄ crescat: ⁊ fit stabile ob ꝓuidā religiosamq3 gubernationē bonoꝝ pastoꝝ: ⁊ gliose v̄gis pijs in cordibꝰ purissime conceptiōis augeat deuotio: volumꝰ ꝙ dn̄s Cardinalis q̄ ē vel fuerit in̄ noꝝ frm̄ de obs̄uātia ptector huiꝰ: religiōis sit gubernator ⁊ defensor: sicut ⁊ minoꝝ frm̄ de obseruātia.

De subiectione p̄fatis ordinis minoꝝ.

¶ Volumꝰ ēt: q2 ex quo frēs minores tā in ꝯfesso studio ⁊ vigilātia: puritas ⁊ innocētie dei genitricis defensores existūt: qꝺ vl carij ḡnales in suis vicarijs: ⁊ ꝓuinciales ⁊ custodes in suis ꝓuincijs ⁊ custodijs: sint visitatores huiꝰ sctē religiōis: qbꝰ firmiter teneāt obedire in oibus q̄ ꝓmiserūt dn̄o obseruare: ⁊ q̄ nō sunt ꝯtraria aīe ⁊ huic rēe.

De visitatione.

¶ Uisitatores curā habeāt: saltē semel in āno: visitādi sorores. Et cū ad hoc monasteriū in-

gressi fuerint: honesta societate associati: in p̄mis p̄cipiant regulā legi coram conuentu. Qua p̄ visitatores exposita: abbatissa teneat̄ absolutionē ab officio postulare: & visitatori sigillū exhibere. Uisitator vero studiose tenetur inquirere circa statū abbatisse & subditarū: interrogādo gn̄alr̄ & specialiter de conuersatio ne monialiū: & de huius regule obseruātia. Et si aliqd correctiōe dignū fuerit: castiget & reformet charitatis zelo: & amore iusticie: & pia discretiōe: tā in capite q̄ in mēbris qcqd contra deū sit. ¶ Et si abbatissa defectuosa vel nō idonea officio fuerit inuēta: ab eodē visitatore ab officio absoluat̄. ¶ Uisitet etiā eos q̄ sunt de monasterij familia: vt interius exteriusq̄z: ad gl'iam dei & eius sanctissime genitricis sacer hic status ordinet̄.

¶ De elcōne abbatisse: ac de subiectiōe hn̄da. Ca. 5.

Abbatisse electio libere cōuētui cōcedat̄: quatenus volūtarie illā eligāt: cui cū amore post modū obediāt. Si electio canōica facta fuerit a toto cōuētu vel a maiori parte illius: a visitatore cōfirmet̄. ¶ Studeāt aūt moniales oī diligētia talē eligere abbatissam: q̄ v'tutibus & honestate resplendeat. Sit maior nō tā officio q̄ bonis moribus. Sit itaq̄z talis: q̄ suo exemplo suas ad obediēdū cū amore excitet subditas. Sitq̄z sua cōuersatio mōialibus viua p̄dicatio. Diligat ēt oēs absq̄z parcialitate in xp̄o Jesu: nā p̄sonarū acceptio in religiōe: nūq̄ sit sine scandalo & maximo cōitatis dispendio. Nunq̄ inaniter hilarescat p̄pter p̄matū: sz aio potius lugeat cōsiderans q̄ sit difficile de aīabus alioꝝ rōnē reddere: cū de p̄prijs tā pauci inueniant̄ q̄ bonā rōnē exhibeāt. Recordet̄ ēt q̄ dn̄s nr̄ non ministrari sz ministrare venit: & sic abbatissa non in dn̄am sz in subditarū ancillā eligit̄. ¶ Teneant̄ ēt subdite obedire suis visitatoribus & abbatisse: in oībus q̄ p̄mi serūt dn̄o obseruare: & recordent̄ q̄ p̄pter deū abnegauerūt p̄prias volūtates. Considerent itaq̄z q̄ potius obediūt xp̄o sponso suo q̄ presidentibus: & q̄ sic inobediencia & contemptu superioꝝ: dn̄s noster Jesus contemnit̄: & eidem non obtemperatur: scd̄m qd̄ idem dn̄s ait in euangelio. Qui vos audit: me audit: & qui vos spernit: me spernit.

De qualitate abbatissa.

De subiectione debita.

¶ De obseruantia paupertatis. Cap. 6.

Cum muliebris fragilitas p̄cipue p̄ xp̄o inclusarū: multis subdat̄ necessitatibus: idcirco quatenus sit illis facultas subsidioꝝ ad tales necessitates: possessiōes & reditus in cōi hr̄e possint. Que vēdere seu alienare nō valeāt: nisi ob maiorē vtilitatē & cōmodū domus. Et hoc cū assensu visitatoris & abbatisse: & maioris partis cōuētus. Poterit tn̄ abbatissa de rebus mobilibus: exiguiq̄z p̄cij dare seu alienare: put oportunū fuerit. ¶ Cū moniales in particulari pauptatē obseruare teneant̄: nil possint sibi appropriare. Poterūt tn̄ cū abbatisse licentia: eoꝝ q̄ sibi cōcedunt̄ simplicē vsum hr̄e: & conformari pauptati quā redēptor nr̄: eiusdemq̄z mr̄ scīssima sibi elegerūt: maximas diuitias reputare debēt. ¶ Nō cōtēnant pauperculas vestes & repeciatas: qbus p̄pter xp̄z libēter spōse eius indute: sp̄uales i celo diuitias inueniēt. Et illa spōso suo xp̄o charior erit: q̄ viliori habitu fuerit contenta: & ēt rebus corpori necessarijs parcioris precij.

De nō alienandis bona monasteria.

De vilitate vestium.

¶ De clausura obseruanda in generali. Cap. 7.

Nullus religiõis moniales ꝓfesse: firmiter teneãt viuere i ꝑpetua clausura intra monasterij claustrũ intrinsecũ. Sꝫ si aliquo tpe (q̄ dominus auertat) ineuitabilis ꝯtigerit necessitas: vt pote ignis: vel armatoꝝ viroꝝ violẽtus ingressus: q̄ q̄dẽ dilationẽ nõ sustinent: in his vel silib⁹ casib⁹: ad locũ poterũt trãsire decẽtẽ: vbi in honesta clausura cõmorẽt: quo ad vsq3 de monasterio sibi ꝓuideat.

Casus ꝑpter quos possũt mõiales mutari.

¶ Habeãt aũt visitatores auctoritatẽ mittendi aliquã vel aliquas monialiũ ad ꝯstruẽdũ vel reformãdũ: siue regẽdũ aliq̄d monasteriũ sui ordis: vel gr̃a correctiõis: vel ob aliã manifestã necessitatẽ. ¶ Moniales istius ordinis: quatenus clausurã quã dño ꝓmiserũt meli⁹ ꝑfectiusq3 custodiãt: habeãt portã in sublimi collocatã: ad quã ꝑ leuatoriã scalã possint ascẽdere. Que semꝑ suspẽsa maneat: ꝓterq̄ cũ aliqs ob ineuitabilẽ ⁊ necessariã causaz ingressurus fuerit: put in seq̄nti capl'o dicet.

De rota.

¶ Habeãt ẽt in patẽti ⁊ manifesto loco vnã rotã bonã ⁊ fortẽ: cuius altitudo talis sit ⁊ lõgitudo: q̄ nulla ꝑsona ꝑ eã ingredi valeat vl' exire: ꝑ quã ea q̄ intromitti poterũt inferant. Habeãt ẽt circa ꝑfatã rotã interi⁹ exteriusq3 ostiola q̄ nocturno tpe ẽt ⁊ diurno: vel estiuo qñ sorores dormiũt: clausa sꝑ maneãt. ¶ Habeãt ẽt in sublimi portã quasi fenestrã inter duo ostia: latitudinis ⁊ altitudinis cõgruẽtis: ꝑ quã inferãt ea q̄ ꝑ rotã intromitti nõ pñt.

De locutorio.

¶ Habeãt ẽt locutoriũ i loco hõesto: cratib⁹ ferreis interi⁹ exteriusq3 munitũ: in quo nigrũ linteuz suspẽdat: ne religiose alios possint videre: nec ab eis videri.

De tpe loq̄ndi.

¶ Nec liceat loq sororib⁹ aliquo tpe in ꝑfato locutorio: a ꝯpletorio vsq3 ad ꝑmã seq̄ntis diei: nec tpe prãdij: nec cũ dormiũt sorores estatis tpe: nisi manifesta necessitate cogantur.

De clausura in particulari. Cap. 8.

In monasterio aũt vbi multe sorores habitauerint: duo locutoria hr̃e possint. In muro ṽo q sorores diuidit a capella: due magne fenestre: vel vna ꝓm dispositionẽ chori ꝯstruãt: q̄ ferreis cratib⁹ interius ⁊ exteriusq3 muniãt: qbus linthea nigra apponãt: ne existẽtes i eccl'ia: sorores possint videre. In qbus ẽt fenestris: lignee porte erũt ab intra cũ seris ⁊ clauib⁹: q̄ q̄dẽ nõ apiant nisi cũ offm̃ diuinũ recitat. Linthea ṽo solũmõ deponent ad eleuationẽ corꝑis ⁊ sanguinis dñi nr̃i Jesu xp̃i.

De fenestra ad cõicãdũ.

¶ Sit ẽt in eccl'ia in cõpetẽti loco fenestra cũ ianua lignea paruula: ad ꝑcipiẽdũ dñici corꝑis sacr̃m: q̄ tante sit q̄ntitatis q̄ calix ꝑ eã possit inferi. Que sꝑ manebit clausa: nec apiet nisi cũ sorores eucharistiã ꝑcipiunt. Hoc aũt sic fiet: q̄ qñ sorores dñicũ corpus recipient: a secularibus videri non possint.

De ingressu monasterioꝝ huius ordinis. Ca. 9

Precipimus firmiter vt nullus claustrũ mõasterij igrediat: ꝓter visitatores cũ necesse eis fuerit ad exercẽdũ offm̃ suũ: ⁊ ꝯfessores administrãdũ ecclesiastica sacra: ⁊ medici ad visitãdũ ifirmitas: ⁊ artifices cũ opus fuerit ad reparationẽ domus.

Excõicatio.

¶ Si ṽo aliq aliter ingrediant: tam ingredientes q̄z admittentes in excõicationis s̃niam icurrant. ¶ Et qñ aliq ex supradictis ingrediũtur: vadant cũ abbatissa vel vicaria ⁊ ostiarijs, scale: q̄z vna ꝑcedat pulsans paruulũ tintinabulũ: quatenus sorores audiẽtes recolligant. Et dũ ij fuerit in claustro: coopiant sorores facies suas velis nigris: q̄z nõ debẽt desiderare ab aliquo videri nisi a sponso earꝝ dño Jesu xp̃o.

¶De diuino officio z oratione. Capitu. 10.

Sorores attēte ɔsiderētq̧ꝙ sup oia debēt ɔ̄siderare hr̄e spūz dñi z sctāz eius opationē: cū puritate cordis z deuota oīone a terrenis ɔ̄siderijs z seculi vanitatibus mūdare ɔsciētiā: z vnus spūs effici cū xp̄o spōso suo p amorē: p quē internū ɔ̄tutū ɔ̄siderū: z ppetua erga vitia (q̄ nos a deo separāt) inimicitia īueniūt. Orō eteni ē illa: q̄ nos inimicos diligere facit: z orare (vt dicit dn̄s) p psequētibus z calūniātibus nos. Hec .n. ē q̄ clausurā z ceteros religiōis labores in dulcedinē cōuertit. ¶Ut ergo hoc opus tā necessariū salutis in hoc sacro ordine melius exerceat: sorores q̄ recipiant ad chorū: teneāt dicere diuinū offīm: q̄ ad solēnes festiuitates: z in qbus nō laborāt: z octauas earū: z dn̄icas pmo ponēdas z necessario recitādas: z ferias fz breuiariū romanū: put frēs minores recitāt. Octaua seraphici scti prīs Frācisci celebret: z nulla alia ordis eiusdē. Omnibus aūt festis simplicibus z dn̄icis nō pmo ponēdis dicēt offīm cōceptionis cū ɔ̄missione dn̄icę: fm formā breuiarij ad hoc illis ɔ̄putati. Minus aūt offīm cōceptionis dicāt fm ꝙ sibi moris est. ¶Moniales ꝓ laice: dicāt viginti quattuor pr̄ nr̄: z aue maria: p matutinis: p laudibus qnqz: p pma. tertia. sexta. nona. z cōpletorio: p quali bz istarū septē: p vespis autez duodeci: z orēt p defunctis. ¶Et vt hic sacer status in ɔ̄tute z religiōe mediātibus sacramētis cōtinue crescat: studeāt diligēter sorores cōfiteri z eucharistiā suscipe in festis cōceptionis dn̄e nr̄e. Natiuitatis dn̄i: z Purificationis dn̄e nr̄e. In pma etiā hebdomada q̄dragesime: z in Annūciatione dn̄e nr̄e: seu in maiori hebdomada. In festis etiā resurrectiōis dn̄i. Pētecostes: visitatiōis: Assūptiōis: Natiuitatis dn̄e nr̄e: z in festo seraphici Frācisci: z oim sctōrūz.

Pro monialibus literatis.

Pro monialibus laicis.

De cōfessione z cōione.

¶De ieiunio: z pia dispēsatione cū infirmis habēda. Capi. 11.

Ieiunēt sorores in maiori q̄dragesima: z oibus diebus in qbus ab ecclia est indictū ieiuniū: z a festo presentatiōis dn̄e nr̄e vsqz ad natiuitatē dn̄i: z ferijs sextis totius ānī. Sab bo ꝓ ob reuerētiā dn̄e nr̄e volūtarie ieiunare volētes: ɔ̄dicte sint a dn̄o: z q̄ noluerit nō sint astricte. Cū infirmis ꝓ z debilibus poterit abbatissa dispēsare cū discretarū ɔ̄silio: fz ꝙ necessitati viderit expedire. ¶Habeat abbatissa curā de infirmis sororibus: sicut de seipa. Nā si mater diligit z ɔsolat filiā suā carnalē: quāto diligētius dz abbatissa (q̄ est mater spūalis) nutrire. subuenire: z ɔsolari filias suas spūales tpe necessitatis z infirmitatis? ¶Habeat ergo egritudinariū i saniori loco totius domus vbi infirme curent: z puideat p abbatissā. vicariā: z infirmariā: sicut vellēt sibi seruiri: cū humilitate. benignitate: z charitate. Uisitent etiā a medico: p visitatores vel abbatissā ad hoc deputato. Abbatissa curā habeat visitādi semel in die egritudinariū: nisi legitime fuerit ipedita: vel vicaria loco eius vt videāt necessitatis īfirmaz. Nā charitatis opaz sup oia dn̄s nr̄ cōmēdauit nobis.

De infirmis.

¶De modo laborādi: ac dormiēdi: z silētio seruādo. Capi. 12.

Sorores oñes: pter infirmas. laborēt fidelr̄ z deuote tpibus ad hoc assignatis: expellēdo ociū aīe inimicū: qd via: z porta est p quaz vitia et pctā ingrediunt: z ducūt aīaz in pditionē. Nec labor ꝑciūz aliq̄ sibi appropriet. fz sint oīa cōmunia: put expedit famulabus dei: z imitatricibus sctē paupertatis genitricis eius. ¶Diligāt etiā silentiū: nā in multilogo nō deest

De silētio seruando.

peccatum: ⁊ q̃ lingua nõ offendit: magne pfectionis est: ⁊ religiose nõ refrenã tis linguã suã: vana religio est. Proinde seruet papale silentiũ in choro. claustro. dormitorio: ⁊ refectorio: ⁊ tota domo post cõpletoriũ vsq̃z ad pmã pulsationẽ pme sequẽtis diei: ⁊ tpe quo post prãdiũ dormit: scz a festo resurrectionis dñi vsq̃z ad exaltatiõis sctẽ crucis. Poterũt tñ in his tpib⁹ necessaria loq̃ sum̃missa voce ⁊ honeste. Nõ loquãtur cũ aliqb⁹ q nõ sunt de monasterio: absq̃z abbatisse licẽtia: ⁊ cũ auscultatricib⁹. Ostẽdãt se imitatrices veras hũilitatis ⁊ mãsuetudinis redẽptoris nři eiusq̃z dulcissime matris: vbo. gestu: ⁊ incessu. ¶ Dormiãt sorores habitib⁹ indute: ⁊ cordis pcincte: in vnico

Demõ dormiendi.

dormitorio: vbi tota nocte lãpas erit accẽsa. Et dormiãt singl'e in lectis suis: pter infirmas q̃ dormiãt in egritudinario. Poterit tñ abbatissa dispensare cũ infirmis sororib⁹: vt habitũ deponãt ad dormiẽdũ. ¶ Et moriẽtes sepeliãtur in habitu sue pfessionis absq̃z pallio. ¶ Sint ẽt lecti sororũ paupculi: ⁊

De lectulis.

pauptati quã dñio deo vouerũt cõformes. Lectus vo abbatisse tali loco sit: q facilter sororũ lectos possit videre. Studeãt abbatissa ⁊ moniales hãc regulã: viuẽdiq̃z formã pfecte obseruare: vt semp humiles ⁊ subdite: ⁊ in fide catholica stabiles: vota q̃ dñio pmiserũt vsq̃z in finẽ obseruẽt. ¶ Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nře absolutiõis. liberatiõis. decreti. declarationis. approbatiõis. cõfirmatiõis. cõcatiõis. cõcessiõis: ⁊ indulti infringere: vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽptare psumpserit: indignatiõez oĩpotẽtis dei: ac btõrũ Petri ⁊ Pauli aplõrũ ei⁹: se nouerit incursurum. Data Rome apd sctũ Petrũ: anno incarnationis dñice. M. D. xi. quinto decimo kl'as octobris: pontificatus nostri anno octauo.

¶ Explicit regula monialium conceptionis beate Marie.

¶ Notandum: q statutum generale sup̃a positum in fine regule sctẽ

Collector. [illegible]

Clare erat hic apponendum: q: vniuersis moniales earũq̃z monasteria tangit.

¶ Ad deiparam virginem in honorem sue immaculate conceptionis.

Tetrastichum.

¶ Occidit (hei) mulier rapiendo primeua sub hoste.
Tuq̃z vt eam superes: mitteris alma parens
Nunq̃ ergo decuit: aliqua te labe subesse
Hosti: quem oppressum decet semper habere.

¶ Aliud tetrastichum.

¶ Quam sibi quisq̃z suo maculã contraxit ab ortu:
Non animam tetigit virgo maria tuam
Tu sola ex tota primorum stirpe parentum
Concepta es genitrix immaculata dei.

¶ Incipit tractatus Clipeus sacrarum monialium nuncupatus per Reuerendũ patrem bone memorie fratrem Joannem de Arguinanas ordinis fratrum minorum regularis obseruantie editus.

Determinatio quorundã dubiorũ circa ingressuz monasteriorũ monialiũ: ⁊ accessuz ad locutoriũ ⁊ alia loca silia.

¶ Primũ dubiũ vtrũ igredie͂tes clausurã dictorũ monasteriorũ absq3 licẽtia requisita: incurrãt aliquã censuram seu penam ecclesiasticam?

¶ Scdm dubium: vtrũ accedentes ad loca exteriora dũtaxat: incurrãt siliter aliquam censuram vel penam?

¶ Tertium dubiũ: vtrũ moniales q̃ nõ viuũt in ꝯtinua clausura: incurrant ꝑpter hoc aliquam censuram aut penam?

In declaratione huiõi dubiorũ ꝑmo dicet in gñali de monasterijs religiosarũ cuiuscũq3 ordinis vl' regule sint cui⁹ determinatio resultabit ex decretis: ⁊ decretalib⁹ q̃ hic ponent seu allegabunt. Non. n. dimittet aliqd in iura cõi de hac materia loquens: quin hic adducatur.



Ro huius intelligẽtia est sciẽdũ: ꝙ antiquitus nõ fuit aliqd ius precipiẽs monachas manere sub perpetua clausura. Et sic nec ipse moniales habebant prohibitionem exeundi cum licentia suorum superiorum: nec alie persone habebant prohibitionem ingrediendi: nec multo minus accedendi ad locutorium ⁊ alia consilia loca ad loquendum cum illis. Immo intra vnum monasterium habitabant Monachi ⁊ monache: secundum institutionem sancti Basilij. Et talia monasteria dicebantur dupla. Credendum est autem ꝙ sanctitas aliquorum illorum temporum dabat locum vt ita sine periculo fieri possent. Sed succedentib⁹ postea nonnullis inconuenientibus: fuit per ecclesiam in suis decretis prohibitum: vt patz in. c. diffinimus. 18. q. 2. per hec verba. Que autem hacten⁹ fuerunt dupla secundum regulam sancti pr̃is Basilij: ita formentur. Non habitent in vno monasterio monachi ⁊ monache adulterium. n. intercipit cohabitatio: si. ⁊c. habeat aditum monachus ad monacham: vel monacha ad monachum secreto singulariter quod collocutionem. Nec monachus cuz monacha singulariter conuiuetur. Et si monachus voluerit videre aliquaz monachã ꝓpinquã: in ꝑsentia abbatisse huic confabuletur ꝑ modica ⁊ compendiosa verba: ⁊ in breui ab ea discedat. Item in. c. In nullo. eadez causa ⁊. q. 22. ꝙ ep̃us non ꝑmittat monachos ⁊ monachas in simul habitare. Et in. c. sequn dr ꝙ monasteria monacharũ longi⁹ a monasterijs monachorũ: aut ꝑpter insidias diaboli: aut ꝑpter oblocutionem hominum collocetur. Et in. c. In decima. causa ⁊. q̃. vt ĩ dr. Eatũ circa monachos cautelas fu-

Prohibitio ꝯuersationis monachorũ ⁊ monacharum.

ta: vt remoti ab eaꝝ familiaritate nec vsq3 ad vestibulū hēant accedēdi famī
liare pmissum. Sz nec abbatē: vel eū q pficit: extra eā q̄ preest (glosa) .i. pter
ꝯscientiā abbatisse loq̄ ṽginib⁹ aliqd qd ad institutionē vel administratio-
nē eaꝝ ptinet licebit: nec cū ea sola q̄ preest freq̄nter eos loq̄ opꝫ: sz sub testimo
nio duaꝝ vel triū sororꝫ: ita vt rara sit accessio: ꝛ breuis oīno locutio. Et in.
c. pnicīola. 3. causa. 2. q̄. vt's. reprobant̄ habitacla vel receptacula particula-
ria. Et ibi addit̄. Sīli mō phibem⁹: ne sanctimonialis simul cū canonicis ꝛ
monachis in vno choro in ecclia ꝯueniāt ad psallendū. ¶ Vñ apparet euidē
ter q̄ꝫ separatā voluerūt decreta aplica eē ꝯuersationē religiosoꝝ ac religiosa
rum: cū nō solū familiaritates ipsoꝝ phibuerint: sz adhuc ordinauerint q̄
monasteria ipsoꝝ ab inuicē eēnt separata: ꝛ q̄ religiosi nō accederēt ad vesti
bulū .i. sacrariū vel sacristiā: ꝛ ad alia loca silia: ꝛ q̄ adhuc platus nō loq̄ret̄
cū aliqua moniali sine ntu abbatisse: nec cū abbatissa absq3 auscultatrici-
bus: ꝛ q̄ si alicui religioso dare⁊ licētia visitādi seu v dēdi aliquā monialē
cognatā: q̄ collocutio foret corā abbatissa: ꝛ cū breuitate smōis. ¶ Veruntñ
q2 sup hoc nulla erat apposita pena: nec puisum fuerat nisi quo ad religio-
sos ꝛ religiosas: op⁹ fuit puisiōe ampliori: ꝛ cū appositiōe pene. Qua propter
Aleāder. 3. in ꝯcilio Lateranēsi: vt hētur in .c. Monasteria. de vita ꝛ hōesta-
Alexāder pa pa. 3. te clicoꝝ ordinauit: q̄ q̄cūq3 psona freq̄ntaret monasteria monialiū: si clicus
eēt: deponeret̄: si vo laicus foret: excōicaret̄. Sic. n. dicit sūmariū dicti capli.
Pena freq̄ntātiū monasteria monialium. Freq̄ntās monasteria monialiū: ꝛ monit⁹ nō desistens: si clicus ē deponit̄: ꝛ si
laicus excōicat̄. Et dicit ibi glosa q̄ freq̄ntare ē bis actū cōmittere: ꝛ q̄ ad fre
q̄ntandū nō sufficit rōnabilis causa nisi sit manifesta. ¶ Sed nec ppter hoc
fuit imposita clausura monialib⁹: nec pena intrātib⁹ seu freq̄ntantib⁹ earum
monasteria: nisi solū facta ē cominatio. Et q2 q̄si hmōi decretū p gregoriū. 9
insertū est in volumine decretaliū: q b⁹ nūc vtimur: iā ordo scīē clare instut⁹
erat: q2 pdecessor suus Innocēti⁹. 4. illū ꝯfirmauerat: ptꝫ q̄ adhuc ātea mo
niales scīē clare habuerūt clausurā: ꝛ illā vouerūt: put inferi⁹ declarabit̄: ꝛ
q̄ ipse in hoc fuerūt pme. ¶ Post hec succedēs Bonifaci⁹. 8. q fuit multo
Bonifaci⁹ papa. 8 tpe post institutionē ordis scīē clare: ꝛ informat⁹ de dissolutiōe q̄ cōiter erat ī
monasterijs monialiū: attēdēsq3 q̄ puisio decretoꝝ ꝛ ꝯcilij Lateranēsis pre
dictoꝝ nihil pderāt: sz videbāt̄ obliuioni data: ꝛ forte ꝯsiderās phemīnctiā
ꝛ obseruātiā q̄ in monasterijs scīē clare rōne clausure quā seruabāt elucebat:
fecit decretalē .s. caplm piculoso. 22. statu regulariū. li. 6. statuēs: q̄ oīes reli-
giose vel moniales cuiuscūq3 ordinis vel regule forēt: sub ppetua clausura
viuerēt: nullaq3 psona intraret hmōi monasteria: ponēdo subseq̄ntia vba.
¶ Presenti ꝯstitutiōe ppetuo irrefragabilr valitura statuim⁹ vniuersas ꝛ sin
Qd oēs moniales sueñt clausuram. gulas moniales psentes ꝛ futuras cuiuscūq3 religiōis sint vel ordinis in q-
buslibet mūdi partibus existentes: sub ppetua in suis monasterijs debere de
cetero pmanere clausura: ita q̄ nulli eaꝝ religionē tacite vel expsse professe sit
vel esse valeat quacūq3 rōne vel causa monasteria ipsa deinceps egrediēdi fa
Prohibitio ingress⁹ monasteriorum cultas. ¶ Nulli quoq3 aliquatenus inhoneste psone nec ēt honeste nisi rōna-
bilis ꝛ manifesta causa existat: ac de illius ad quē ptinuerit speciali licentia:
ingressus vel accessus pateat ad easdem. Excipit hic psatus Bonifac⁹ duos

casus vez ꝑ faciendo homagio sup aliquo feudo: ꝑpter aliquã ↄtagiosam infirmitatẽ. quos plenius ibi videre poteris. Precipit et idẽ pontifex prelatis monialiũ: vt ꝓuideãt circa ꝑdictoꝝ obseruationẽ dicẽs. Patriarchis. ꝑmatibus. archiepis: ꝛ epis vniuersis districte in virtute scẽ obedientie: sub obtestatione diuini iudicij: ꝛ interminatiõe maledictiõis eterne ꝑcipiẽdo mandamus: quatenus eoꝝ quilibet in ciuitate aut diocesi ꝓpria in monasterijs monialium sibi ordinario iure subiectis sua: in his vo q̃ ad romanã spectãt immediate ecclesiam: sedis aplice auctoritate: abbates vo: ꝛ alij tã exẽpti q̃ nõ exẽpti ꝑlati ecclesiaꝝ. monasterioꝝ: ꝛ ordinũ quorumcũq3 in monasterijs hmõi sibi subiectis: de clausura ↄueniẽti: ꝛ de ipsis monialibus includendis q̃ primum comode poterũt ꝓ videre ꝓcurẽt: si diuine ac nr̃e indignatiõis acrimoniã voluerint euitare: ↄtradictores per censurã ecclesiasticam: ꝛ inuocationem brachij secularis. ꝛc. (monialium quarũcũq3.)

¶ Restat ergo ex supradictis respõsum in gñali: ac satisfactũ tribus dubijs in ꝑncipio ꝓpositis. Hoc est q̃ in nullo casu ꝑdictoꝝ ꝑ ius cõe incurrit excõicatio vel alia cẽsura ecclesiastica: sz solũ posita ẽ cominatio: vt dictũ ẽ. Sz ꝓ ꝓuisionẽ particularẽ est imposita excõicatio ↄtra ingrediẽtes mõasteria scẽ clare: aut scti dñici ꝓut inferius dicetur. (Resolutio)

¶ Sed forte quereret aliqs dicens. Licet ita sit q̃ intrantes monasteria monialium: q̃ non sunt scẽ Clare vel scti Dñici: nec ipse moniales non seruantes clausuram: nec eaꝝ prelati non facientes seruare: ꝓut dictus Bonifacius in ꝑfatis tribus ordinauit: non incurrũt aliquã censurã: manet conclusum: iñ oporteret scire an peccent vel non? (Questio.)

¶ Ad hoc rñderent canoniste: clarũ esse q̃ peccãt: q2 trãsgrediũtur ius: vt habet in. c. 2. de maioritate ꝛ obediẽtia. Presertim ꝑlati qbus iã rigida obedientia ẽ imposita: sicuti in casu minus stricte ꝑcepto dicũt q̃ peccãt: scz si nõ visitant monialiũ iuxta formã Clemẽtine Attendẽtes: de statu regularium: que disponit q̃ debeãt visitari. Vñ ꝑpter istõ vbũ debeãt: dicũt ibi canoniste q̃ peccãt nõ sic faciẽtes: q2 hoc vbũ debz importat necessitatẽ: ꝛ sic est canõ ꝑcepti. Et multo amplius dicẽt sitr in casu nr̃o clausure monialiũ: vbi iã stricte ꝛ expsse ꝑceptũ est ꝑlatis a Bonifacio. Alijs videbit nullũ cõmitti pc̃m in tribus casibus ꝑdictis: dicendo: q̃ decretalis hmõi Bonifacij nõ est vsibus vtẽtiũ approbata: ꝛ q̃ papa scit ꝛ tolerat. Ad hoc aũt facit q̃ð Dñicus referens Joãnẽ andreã sup dictũ capłm dicit: q̃ in Frãcia pauce moniales ꝑuãt clausurã: ꝛ q̃ ipse vidit et Venetijs nõ ꝑuari ꝑfatã decretalẽ in hoc casu: ꝛ q̃ð si dixerimus tales peccare: ect ↄdẽnare maiorẽ partẽ monialiũ: ꝛ suoꝝ ꝑlatoꝝ: q̃ cõter hoc nõ obseruãt: ꝓut expiẽtia testat in monasterijs diuersarũ religionũ monialiũ. Atñ iste videnť ẽe euasiões ad excusandas excusatiões ĩ pctis. Sz in hoc ex me nolo aliõ dicere nisi q̃ iuxta sentẽtiã Augustini: q voluerit esse securus: accipiat certũ ꝛ dimittat dubium. Sz nihilominus audeo dicere ꝛ affirmare: q̃ saltẽ rõne scãdali: aut corrupte intẽtiõis: seu noue obediẽtie superioris: incurrit pc̃m mortale absq3 dubio qcunq3 aliqd supra dictorum transgressus fuerit. Et cum hoc concluditur totum quod secundum ius cõmune tangit in generali moniales ꝛ ipsarum monasteria. (Responsio.)

Additio. Caietanus.

Additio. ¶Quoad supius dicta: p parte negatiua qstionis ē notādū: qd Caietan⁹ in summula pctoꝝ: dictione monachi ꝛ monache ait. Circa clausurā monialib⁹ indictā a iure: si nūq̄ fuit acceptata: ꝛ epi sic semp gubernaret dādo eis liciam exeūdi: excusant qm iura nō recepta tāto tpe infirma sunt. Nec sufficit eē scripta: ꝛ iserta in corpe iuris: s eē rōnabilia. Hec Caietan⁹. Qd verū sit būdictū: alioꝝ sit iudicium. ✠.

De breuia turis infra positis.

Antea q̄ȝ ad vlteriora pcedamus est notandū: q liber pcipuus in quo ptinent puilegia ꝛ statuta nři ordinis minoꝝ appellat Monuméta ordis: q Salmātice bis impssus est. Et qz scdo impssus ptinet plura: habetqz aliū ordinē q̄ȝ pmus: idcirco diuersimo de allegant. Sciēdū est ét: q supradictas duas impssiōes: nōnulla alia puilegia recollecta ꝛ impssa sunt: liberqz i quo hmōi puilegia existūt Supplemētū appellat. Igit cū illd qd inferi⁹ allegabit ptētū fuerit i libro Monuméta pme impssiois: q tres ptinet tract⁹: ponet sequti mō. fo. 1. vl. 2. tract. 1. aut. 2. vel. 3. Sz cū qd allegatū fuerit ptinebit in libro Monuméta scde impssionis: q duos tm̄ hz tractat⁹ pncipales: ponet solū hec dictio tractat⁹: de ptentis in scdo tractatu. Et vbi nō apposita fuerit talis dictio: sub intelliget eē in pmo tractatu. fo. 1. aut. 2. ꝛc. Verū tm̄ qū id qd allegabit ptētū fuerit i Supplemento: ponetur dūtaxat. fffo. 1. vl. 2. aut. 3. ꝛc.

AD specialia itaq̄ȝ de veniēdo q̄ frēs minores ꝛ moniales scté clare ac tertiarias: circa tria supradicta dubia: addent sequtia: q in septem cōclusionibus psistunt.

¶ **Prima conclusio est: quot fratres minores ingredien**do monasteria monialiū cuiuscūqz ordinis absqz sufficiēti licētia: transgrediunt suam regulam ꝛ pfessionem.

¶ Scda pclusio: q frēs minores erga monasteria monialiū vel soroꝝ tertie rle: eodē mō se hre debēt: sicut de monasterijs scté clare dictū est.

¶ Tertia pclusio: ad ingrediēdū pfata mōasteria: null⁹ summo pōtifice iferior licētiā dare pōt: nisi ei⁹ quo ad hoc vices habeat.

¶ Quarta pclusio: q frēs minores absqz supradicta lnia igrediēdo clausurā mōasterioꝝ scte clare aut scti dñici: vltra trāsgressionē sue rle: ipo facto incurrūt excōicationē papalē. Que excōicatio extēdit vniuersalr ad quascūqz psonas cuiuscūqz status vel pditionis existant.

¶ Quita pclusio: q frēs minores nō solū neqūt igredi clausurā mōasterioꝝ qrūcūqz monialiū: sz nec accedere ad locutoriū: vl intrare eccliaz seu alia loca exteriora absqz sufficiēti lnia: ét vbi psone alteri⁹ stat⁹ licite accedūt.

¶ Sexta pclusio: q plati sub quoꝝ gubernatione moniales scté clare existūt nō pñt dare lniam vt psone sclares: ecclastice: aut religiose: tā viri q̄ȝ femine ingredi valeāt clausurā monasterioꝝ hmōi monialiū absqz sedis aplice auctoritate speciali.

¶ Septima pclusio: q mōiales scte clare hūt āplioꝛē obligationē ad clausurā: q illa q a iure cōi gnalr oib⁹ monialib⁹ posita est.



Rima cõclusio ponitur ad litte
rã in regla dicẽte. ii. cap. ꝑcipio firmit fratrib⁹ vniuersis: ne
ingrediatur monasteria monialiũ: ꝑter illos qbus a sede apli
ca ꝯcessa est licẽtia specialis. Hoc aũt cadit sub voto ꝓfessiõis
sꝫ dclarationẽ ecclie. ¶ Dubitatũ est aũt ipe Gregorij. 9. vtrũ Dubitatio.
hmõi ꝓhibitio intelligeret solũ de monasterijs monialiũ pauperũ inclusaꝝ
s. scte Clare: q̃ tũc appellabant sãcti damiani: q2 earũ ꝑma habitatio seu pri-
mũ monasteriũ fuit iuxta eccliaꝫ sic denominatã: apud assisiũ. ¶ Respõdit Responsio.
ꝓfat⁹ põtifex in declaratione quã fecit sup regulã fratrũ minoꝝ: ꝑmittendo
hec ꝟba. Cũ ex lõga familiaritate quã isdẽ cõfessor. s. sctũs frãcisc⁹: nobis-
cũ habuit: plen⁹ nouerimus intẽtionẽ ipsius: ⁊ in condendo predictam re-
gulam: ⁊ obtinendo confirmationem ipsius ꝑ sedẽ aplicã sibi astiterim⁹: dũ
adhuc essemus in minori officio cõstituti. ⁊c. nos vtiqꝫ gñaliter: cum regula
nullũ excipiat: dicim⁹ esse ꝓhibitũ de quarũlibꝫ cenobijs monialiũ habetur Gregorius
fo. ii. tracta. 3. ⁊ ffo. 1. tra. 2. Ecce qualit Gregori⁹. 9. veluti optime sciẽs intẽ papa. 9.
tionẽ pris nri frãcisci: vt ipe ait: ex quo cũ illo oĩa in regula cõtenta cõmu-
nicauit: auctoritate sua aplica declarauit ꝓhibitionẽ esse gñalẽ monasterioꝝ
monialiũ cuiuscũqꝫ religionis: vt dictũ est. ¶ Et notandũ q̃ vt ãmoueret oc
casionẽ alterius glose vel interpretationis: vꝫ ne aliquis diceret ista non sunt
monasteria ⁊ ista sunt monasteria: nõ posuit: dicim⁹ ꝓhibitũ de quarũlibet
monasterijs: sed ꝺ quarũlibꝫ cenobijs. Cenobiũ aũt est cõmũis habitatio ad Quattuor
simul habitandũ ⁊ ꝯuiuẽdũ vel cõmanẽdũ. ¶ Vñ etiã quattuor magri qui magistri.
fuerũt expositores eiusdẽ regule nr̃e nõ potuerũt amplius nec aliter dicere: ni
si q̃ generalr erat obseruandũ: sicut ꝑdicta declaratio pape dicebat: vt habet
fo. 22. tracta. 3. ⁊ ffo 24. tracta. 2. ¶ Et sctũs bonauẽtura sup dictũ caplm. ii. Sãct⁹ bona
regule ait. Hec inhibitio de omnib⁹ monialiũ domib⁹ intelligitur. Vbi. n. uentura.
est maius ꝑiculũ colloquij: ibi prudentius obuietur. Ipse aũt moniales sãcti
Damiani: pre ceteris mulieribus ad humanis cõsortijs excludunt. Licet er-
go in frequentatione earũ posset oriri periculũ: ꝓpter quãdã familiaritatẽ fra
trũ minoꝝ: ⁊ ꝓpter hoc sit licẽtia adeũdi talia loca sedi apostolice reꝟuata: tñ
q2 alie moniales se amplius exponũt humanis collogijs q̃ ille: necesse est vt il
lud mandatum ad omnes monachas referatur: sꝫ expositionẽ dñi gregorij.
Et sicut monachi sunt nõ solũ colligiati: verũ etiã solitarij: sic ⁊ monache et
moniales intelligende sunt nõ solũ collegiate verũ etiaꝫ incluse dñr: ⁊ q̃ soli-
tariam vitam agũt. Et hec etiam sunt vitande sicut collegiate propter maius
periculũ solitudinis: ex tenore precepti vt extimo precedentis habetur fo. 43. Hugo.
tracta. 3. et ffo. 44. tracta. 2. Et hugo de digna in sua declaratione dicit. Nul
lum monacharũ cenobium prohibitio excipit generalis. Omnes autẽ mulie
res cõmuniter viuentes: ⁊ regularem obseruantiam canonice profitentes: mo
nache dici possunt. Et monasteriũ est vbi regularium congregatio residet ꝑ-
sonarum. Congregationẽ due vel tres: vt volũt: persone ꝯstituũt. Monaste
riũ aũt nõ facit domoꝝ ambitio: sꝫ cõtinua regularium habitatio ꝑsonarũ:
ecclesiasticis maxime seu diuinis officijs deditarum. Ob hoc frẽs discreti:
oẽꝫ libẽter monialiũ locuꝫ vitant. Qui cauet laqueos: securus est. Sepe vbi

ꝯgregatio minoꝝ: ibi suspictio maioꝝ ꝯsistit: ⁊ maioris peccati oportunitatẽ ipa solitudo ministrat habet fo. 73. tracta. 3. ⁊ ffo. 75. tracta. 2. ¶ Et qꝛ post dictã ꝺclarationẽ gregorii. 9. Innocẽtiꝰ. 4. ⁊ Alexãder. 4. in suis declarationibus: vt habet fo. 3. tracta. 2. ⁊ ffo. 3. ⁊. 4. tracta. 2. deuiarũt aliquid ꝑdicta de-
Nicholaus papa. 3. claratione gregorii: Nicholaus. 3. in sua solẽni declaratione sup̃ regulã nr̃aꝝ edita: quã nũc ꝑncipaliter hẽmus: ⁊ qua vtimur: ⁊ in qua qcqd boni erat in alijs declaratõibꝰ continet: ⁊ minus bonũ seu malũ in ꝑcedentibꝰ contẽtuz reuocat: inseruit ⁊ ad lr̃am posuit illud idẽ qḋ gregoriꝰ. 9. in sua declaratiõe circa hoc dixerat. Itẽ bartolomeꝰ de pisa in sua declaratione q̃ habet fo. 93. tracta. 3. ⁊ ffo. 95. trac. 2. sequẽs vestigia ꝑdecessoꝝ tenet: ꝙ huiõi ꝓhibitione gñaliter ꝺ omnibꝰ monasterijs ⁊ cenobijs monialiũ dz intelligi. ¶ Sed ad-
Obiectio. uertẽdũ: ꝙ aliq in isto passu faciebãt quandã ridiculosam obiectionẽ dicẽdo: ꝙ regula solũ ꝓhibet fratribꝰ minoribꝰ ne ingrediant monasteria monacharũ: ⁊ ꝙ monache seu moniales dicũtur ille q̃ instiute sũt ꝑ ordinẽ monachorũ: seu ꝑ institutores ordinũ monachaliũ: put sunt ille q̃ dicũtur sancti basilij: benedicti aut bernardi. ⁊c. sicut appet ꝑ ãtiqua decreta q̃ ꝺ hac materia loquũtur. Uñ inferebant: ꝙ in monasterijs taliũ monachaꝝ solũ erat ꝓhibitꝰ ingressus fratribꝰ minoribꝰ: ⁊ ꝙ in monasterijs religiosaꝝ alioꝝ ordinũ non monachaliũ erat licitus. Ita ꝙ sm istã vanã argumẽtationẽ nõ erat ꝓhibitꝰ ꝑ regulã nr̃am ingressus monasterioꝝ sancte Clare: nec aliaꝝ religiosarũ q̃ nõ sunt ordinũ monachaliũ: qꝛ sm strictã nominũ significationẽ: prime dicũtur
Responsio. monache: reliq̃ vero appellant sorores: vt pꝫ in regula sctẽ Clare: ⁊ alijs regulis mendicantiũ. ¶ Sꝫ cũ iã ecclia declarauerit debere intelligi de quarũlibet cenobijs: nõ meret ꝑdicta obiectio respõsionẽ aliã: nisi q̃rere a faciẽte illam: sed credit ꝙ papa habuit potestatẽ ad declarandũ istud modo supradicto? Et cũ qlibet rõne vtens nequeat hoc negare: manet cõclusum nr̃m ꝓpositũ absqꝫ vlteriori altercatione. ¶ Uerũtamẽ ad maiorẽ habundantiã: omissis ꝑfatis declarationibus: ostendimꝰ qualiter adhuc ꝑ nr̃am regulã intellectam sm ius cõmune: ꝓhibitio ne fratres minores ingrediant monasteria monacharũ intelligit de qbuslibet monialibus seu feminis religiosis generaliter. Nam licet certũ sit ꝙ ista nomina monacha: seu monialis a principio imposita sint solis feminis religiosis monachalibus: qꝛ tũc nõ exeãt alie religiones ꝑter monachales: q̃ sub sua gubernatione haberẽt feminas religiosas: sꝫ postq̃ alij ordines: presertim mendicantes instituti sunt: q̃uis femine religiose que sub eorum gubernatione existũt acceperũt ꝓ peculiari seu ꝓprio nomine vocari sorores: nõ tñ ꝓpter hoc renunciauerũt nomini antiquo. s. monache: immo fuerunt ⁊ sunt hoc nomine vtre que nũcupate absqꝫ vlla differẽtia. Nã vt in plurimũ: seu pro maiori pte sic eas nominat ius cõmune: ⁊ bulle sũmoꝝ pontificũ: ac iurisperiti. Uñ abbas in. cap̃. Causãqꝫ de electione dicit: ꝙ ista
Nota. nomina sorores ⁊ moniales sunt sinonima: hoc est idẽ importãtia vel significantia. Alijsqꝫ varijs in locis canoniste concorditer hoc idẽ tenẽt. Cũ ergo dicit nr̃a regula frẽs nõ ingrediant monasteria monacharũ: noluit aliud dicere nisi ꝙ frẽs nõ ingrediantur habitationes ꝯgregationũ feminaꝝ religiosarũ. Pr̃ nãqꝫ nr̃ sctũs frãciscus nõ curabat de ꝓprietate: seu rigori grãmati

coli verborum:sicuti nec est curandū in similib⁹:quia esset dare legē verbis
z nō reb⁹:qđ non patiť ius aliqđ:nec naturalis ratio. Sic ergo cū intētio le-
gislatoris leg debeat qñ de illa cōstat modo curādo de verbis seu tenore lit-
terali:licet aliud de rigore significare videať:vt in cap. vltimo de regulis iu-
ris li.6. q2 rō legis est qđ dat illi verū esse:vt in cap. Ratio. đ ꝓbendis:z cuz
cōstet ꝙ intētio z finis pris nri ac legislatoris nře regule in hmōi ꝓhibitio-
ne fuit ad amouendū periculū z scandalū q̄ sequi poterāt ex tali cōuersatio-
ne:ista nō minuunť ꝓpter differentiā istoꝝ vel illoꝝ nominū: siue dicantur
monache.mōiales.sorores.dñe paupes:vel sancti damiani: aut tertiarie:seu
quocūqz alio nomine nūcupenť femine existētes in congregatione religiosa:
notum est ꝙ in omnib⁹ illis habet locū ꝓhibitio supradicta regule q̄tum ad
fratres minores:q̄zuis:vt dictū est:ecclesia istud met nō declarasset. Sed q2 đ
sororib⁹ q̄ dicunť tertij ordinis visum est aliquib⁹ aliter dicēdū:tractabiť đ
hoc specialr inferius cōclusionē sequēti. Et hec de prima dixisse sit satis.



Ecunda cōclusio est qđ fratres

minores erga monasteria seu loca monialiū vel sororum ter-
tij ordinis:eodē modo se habere debēt sicut de monasterijs sā-
cte Clare dictū est:q̄uis sufficiēter:ꝑ supius in prima cōclu-
sione adducta ꝓbata sit:tñ ad obstruēdū ora loquentiū inlq̄:
specialiter seu in particulari ꝓbabiť. ¶ Pro cuius declaratione z ꝓbatione De primeua
supponitur:ꝙ modus viuēdi tertiarioꝝ a pře nřo Francisco institutus nō institutione
fuit ꝑ viris aut feminis religiosis:que deberēt viuere collegialiter:seu in cō- tertiarioꝝ.
gregatione:vel in cōmuni. ꝑ talib⁹ eni eam ipse ordinauerat duas regulas. s.
minoꝝ ꝑ viris:z sancte Clare ꝑ feminis. Sed tertiā regulā:seu modū viuē-
di ordinauit ꝑ existētibus in suis ꝓprijs domibus:etiā si essent z manerent
cōiugati:put dicit glosa in clemēti. Cū ex eo de sentētia excōis. Et tales ꝓpe
non erāt nec dicebanť religiosi aut frēs:vel sorores sed solū ꝯtinentes:aut pe-
nitētes:seu tertiarij z tertiarie:vel bizoque:vt in italia: vel beate: vt in hispa-
nia. Et ideo de talib⁹ dicūt doctores:presertim glosa in clemētina ꝑma de reli-
giosis domib⁹:z in supradicta clemētina. Cū ex eo. ꝙ sorores minoꝝ q̄ dñr
tertij ordinis:l3 ꝑmittāt obedientiā:nō habēt regulā ꝓprie dictā quo ad tria
substātialia:sed quedā modū viuēdi ꝑ sedē aplicam approbatū. Et iste ter-
tius ordo etiā ꝑ viuentib⁹ in cōiugio maribus z feminis adinuētus ē. Im-
mo principalr ꝑ talib⁹. Et habēt ꝓfessi ꝓpriū in singulari. Et potius est mod⁹
viuendi q̄ ꝓprie dicatur regula. Est tñ approbat⁹ ꝑ Nicholaū. 4. Et q2 nō Nichola⁹
vouēt tria substātialia q̄ sunt in religione:nō est ꝓprie ordo. Et abbas in cap. papa.4.
Causam. đ iudicijs:dicit:ꝙ isti de tertio ordine scti Frācisci appellanť frēs
z sorores in clemētina. Cū ex eo đ sentētia excōis: sed nō simplr:sed đ penitē-
tia. Et in cōcilio lateranēsi celebrato āno dñi.1516. in quadā determinatiōe
facta est circa hmōi tertiarios q collegialr nō viuunt:nominātur frēs z so-
rores tertij ordis vt habeť ssso.26. Ideoqz ingredi dom⁹ tertiarioꝝ hmōi:q̄
in cōmuni nō viuū vel in ꝯgregatione:s3 in ꝓprijs z pticularib⁹ domib⁹ su-
is:nō est ingredi monasteria. Nec ꝑ ꝯñs sic intrans transgreditur regulam:

fm declarationes gregorij.9.ꝛ nicholai.3. ¶Sꝫ qꝛ postea sedes aplica dedit
De secunda institutiõe tertiariorũ. tertiarijs facultatẽ collegialit viuẽdi illis q sic i cõi viuere vellẽt: multiqꝫ ex
ipis posuerũt se in ꝯgregatiõe: Sixt⁹.4. informat⁹ ꝙ tales faciebãt tria vota
essentialia religionis solẽniter in mãib⁹ suoꝝ supioꝝ ꝛ corã suo collegio vel
ꝯgregatiõe: declarauit: ꝙ hmõi votũ in oib⁹ ꝛ p oĩa hẽret eundẽ effectũ ꝛ
Sixt⁹ papa. vigorẽ quẽ hñt in quacũqꝫ aliaꝝ religionũ p ecclãꝫ approbataꝝ: vt hẽtur fo.
33.tracta.2.ꝛ ffo.117. ¶Cũ ergo post pfatã declaratiõẽ Sixti: femine pfitẽ
tes solẽniter tertiã regulã sancti Frãcisci: ꝛ collegialit seu in cõi viuẽtes: sint
vere ac ppe religiose: sequit: ꝛ est clarũ ꝙ eandẽ ꝓhibitiõẽ hñt frẽs minores
circa ingressũ suaꝝ habitationũ: ꝛ accessũ ad loca exteriora: vbi seculares cõi
ter accedũt: sicut hñt erga alia monasteria quarũcũqꝫ religiosaꝝ seu mõacha
rũ. Et in hoc nõ est q dubitet: nisi qui vult claudere oculos intellect⁹: nolẽs
Eugenius. intelligere. ꝛc. ¶Sed ad ãpliorẽ abũdantiã ꝛ sup abundantiã: volẽs Euge
ni⁹.4. aliqbus ꝓteruis: ac excessiue deuotis erga tertiarias hmõi: penit⁹ am
mouere cãm altercãdi ampli⁹ in hoc: ordinauit in bulla q hẽtur. fo.46. tra
ctatu pmo. ꝛ ffo.42. ꝙ in omnib⁹ tertij ordinis soroꝝ ꝛ monialiũ collegijs:
frẽs minores: de accessu ꝛ ingressu sic se habeant sicut seruat in monasterijs
sancte clare. Quid clarius queri aut inuenire potest?

Additio. **Additio.** ¶Sed adhuc forte ꝯtra pdicta insurget aliqs dicẽdo
nõ eẽ ꝓhibitum ingressum monasterioꝝ hmõi tertia
riarũ: qꝛ in quodã breui Leonis decimi sic cõtinet. Et pariter ad tertiarias i
ffo.17. cõgregatione viuẽtes: ad quas accedere: eis ꝓhibitũ nõ sit. ꝛc. Uerũ tñ sic di
cẽtes: grauit errãt: ꝛ ad pauca respiciẽtes: de facili p alogizant. Prefata nãqꝫ
verba posita sunt in relatione aut supplicatione pdicti breuis a supplicãte: q
hoc psupponebat veluti certũ ꝛ indubitatũ. Falsitas tñ hui⁹ psuppositi pate
tã ex regula nr̃a bene põderata: vt supra in declarationibus eius: ꝛ psertim
ex ꝺterminatione Eugenij.4. supius posite. Ac p ꝯñs illud breue est subreti
ciũ ꝛ nullius valoris quoad cõcessionẽ fundatã sup prefatã relationeꝫ. Id
circo indubie tenẽdũ est: ꝙ nulli frẽs minores: etiã si sint prelati: queunt ma
gis ingredi monasteria tertiariaꝝ collegialiter viuẽtiũ: ꝗuis nõ seruẽt clausu
rã: ꝙ monasteria sancte Clare. Ad qꝺ facit ordinatio eiusdẽ Leonis contẽta
in regula noua quã ipse edidit p tertiarijs: vbi capi.8. dicit: ꝙ visitator visi
tet quolibꝫ ãno semel tm̃ q̃libet domũ: cũ presentia senioꝝ: ꝛ ꝙ facta visita
tione nõ debet intrare officinas nec alia interiora soroꝝ. ¶Nec similiter pñt
prelati seu visitatores ꝓ talib⁹ monasterijs: alijs psonis licẽtiam ad ingrediẽ
dum cõcedere. Ac ppterea: illud qꝺ in pfato breui Leonis dr. s. ꝙ in capitul
gñalibus ꝛ ꝓuincialib⁹ ꝓuideat de modo intrãdi ad tertiarias. ꝛc. nihil pe
nitus opatur: qꝛ fundat super prefata relatione falsa. s. ꝙ non sit ꝓhibit⁹ in
Capitulum generale. gressus monasterioꝝ tertiariarũ. ¶Protraxi tñ sermonẽ in hoc: qꝛ experiẽtia
